




1549-1556

MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS JESU

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS NUNC PRIMUM EDITA

EPISTOLAE MIXTAE

EPISTOLAE MIXTAE

EX VARIIS EUROPAE LOCIS

AB ANNO 1537 AD 1556 SCRIPTAE

NUNC PRIMUM

A PATRIBUS SOCIETATIS JESU

IN LUCEM EDITAE

TOMUS SECUNDUS

(1549-1552)



MATRITI
EXCUDEBAT AUGUSTINUS AVRIAL
via S. Bernardi, 92.
1899

AD LECTOREM

Quodnam fuerit consilium, quo adducti sumus ut litteras, quibus EPISTOLAE MIXTAE nomen inditum est, in adspectum lucemque proferremus; quinam sint earum auctores, quae deinde ipsis natura et subjecta materies; demum quae a nobis in edendo toto opere tenenda sit ratio; haec omnia satis superque in prooemio primi voluminis, quasi in vestibulo totius operis, aperuimus.

Ergo propius accedamus ad eas, quae in hoc altero ejusdem operis volumine epistolas continentur.

Plus quam 300 numerantur, nondum hactenus, quod sciamus, typis excusae.

Harum epistolarum maxima pars habetur in cod. B et C, quorum accuratam descriptionem, commoditatis gratia, quemadmodum in superiori volumine factum est, ad calcem, excuso jam libro, rejicimus.

Quod vero ad tempus attinet, annis 1549, 1550, 1551 ac 1552 conscriptae sunt.

De epistolis cujusque anni aliquid dicendum est.

ANNUS 1549

Epistolae amplius 116 recensentur. In tanto epistolarum numero distingui debent

1. Epistolae SOCIORUM.

2. Epistolae aliorum a Societate, sive EXTERNORUM.

Illorum numerantur, plus minusve, 75: reliquae externorum sunt.

1. SOCIORUM epistolae de rebus Societatis Jesu universe agunt. Nos praecipuarum argumenta paucis percurrimus, die scriptionis parenthesi ( ) incluso. Et quoniam ex Hispania longe plures habentur epistolae, de illis primum dicendum est.

a) Heic quidem laetam sociis ostendebat faciem exoriens annus 1549, cum *Salmanticae* turbulenti adversus Societatem aestus tum Patris Estrada concionibus, tum praeclaris P. Torres exemplis defervescerent; quamquam non deerant praeoccupati opinionibus homines, qui adhuc obtrectationibus suis nostros aliquando morderent et lacerarent (26 April.).

Complutenses vero socii, etsi magna nonnumquam rerum temporalium inopia et angustiis premerentur, majorem certe capiebant laetitiae voluptatem, tum ex amicorum benevolentia, qui opem et auxilium indigentibus sociis afferebant, tum vel maxime ex fructu, qui ex sacris Ignatii commentationibus et nostrorum consuetudine proveniebat (30 Maji, 1 Aug., 31 Octob.).—Diuturnam tamen quietem uberrimumque animorum lucrum aequo animo non tulit vaferrimus Societatis hostis, cacodaemon, qui atrocem invidiam Villanueva Societatique adolescenti conflare conatus est, homine nequissimo ad id adhibito, Ferdinando de Barrasa. Verum detecta hominis fraude, simulantis se de Societate esse, splendidius eluxit sociorum virtus et decus (28 Aug., et ejus append.: «Sententia in causa Ferdinandi de Barrasa», necnon epist. 5 Nov.).—Interea Compluti et Guadalaxarae Estrada concionibus suis admirationi erat, civiumque animos Societati conciliabat (31 Octob., 5 Nov.).

Caesaraugustae sodales solita Societatis munera obibant, non quidem sine fructu. At cum lis de domo nostris attribuenda sub

judice esset, nonnihil molestiarum experiebantur, nec suos expandere ramos Societatis arbor in illo solo poterat. Plures extant Francisci Rojas de hac re epistolae, in quibus apparet nostrorum consilia pacis concordiaeque semper fuisse (11 Jan., 7 et 27 Martii, 5 April., 30 Maji, 1 Julii, 10 Aug.). Res saepe composita, saepe dissoluta est (28 Aug.). Sed haec ad annos proxime sequentes.—Interea vero, quia arctissime cum superioribus cohaerent, huc revocandae sunt plurimae Aldunciae González epistolae, quae de aedibus caesaraugustanis deque lite cum suis fratribus unice agunt.

Domus *barcinonensis* paucos numero socios continebat. Hi, cum in proximorum salutem adlaborarent, sedem etiam Societatis propriam habere, amplissima civitate dignam, conabantur. Sed illorum et amicorum conatus irriti diu fuerunt.—Diu Barcinone versatus fuit Araoz, qui, quamvis aeger, sacris Deo virginibus ad severiorem disciplinam traducendis operam navabat, jubente principe Hispaniae, Philippo (12, 14, 15 Jan. 4, 22 Febr.). Aggregati nihilominus Societati sunt Barcinone adolescentes aliquot, nec tacendus est Antonius Gou, summa integritate vir, cujus plures edimus epistolas (14 Jan., 19 April., 17 Maji.).

Valentinum collegium suum cursum tenebat sub Jacobo Mirone. Sed, quod mireris, nulla editur illius epistola Valentiae conscripta. Nam paucae, quas hoc anno ipse dedit, Gandia missae sunt (11, 13 Martii, 3 April. Videantur et valentinae epist. 24 Febr., 4 Martii, 1 Junii.).

Sed in Hispania omnium oculos tunc ad se convertebant *gandienses* socii. Gandia, non illa quidem urbs admodum ampla, nec cum aliis Hispaniae urbibus dignitate et numero civium conferenda, gloriabatur tamen esse quasi incunabula nascentis Societatis hispanicae: non quod suo sinu ac parietibus prima omnium socios complexa fuerit (hunc enim honorem sibi Barcino jure

vindicat), sed quia collegium Societatis proprium, secundum Ignatii leges conditum, prima inter hispanas urbes habuit, et academiam, quae, ipsis Martii kalendis, rite apostolicis in templo collegii recitatis litteris, publicata est (7, 8, 10 Martii). Gandiae, interposito solemni religionis sacramento, ipso Virginis ab angelo salutatae festo die, Oviedo et Mirón Societati sese obstrinxerunt (3 April.).—Tanta vero parsimonia in victu cultuque corporis utebantur socii, cum aliunde summa virium contentione ad virtutum et scientiarum studium incumberent (10 Martii), ut nonnemo existimarit non satis illis provisum esse: quam tamen existimationem, Ignatio delatam, Araozius refutavit (5 Nov.).

Atque haec de epistolis sociorum hispaniensium.

b) Ex *Lusitania* hoc anno tres tantum epistolae nobis obtigerunt; quarum duae (6 et 7 Febr.) de nova juvenis cujusdam in Societatem cooptatione; postrema (1 Martii) de sociorum laboribus eorumque fructu agunt.

c) Paucas etiam ex *Sicilia* edimus; scilicet, eas, in quibus Doménech de academia mamertina (1 Jan.), de collegio Panormi instituendo (Majo, incerto die) agit; quibus adjungenda quam de eodem argumento, civitatis nomine, Julius de Silvestro scripsit (13 Maji.).

d) Unica Patris Viola *Parisiis* data (19 Julii) ad nos pervenit, qua difficultates, quibus Societas opprimebatur, exponit.

e) Nec feliciores fuimus in inveniendis sociorum epistolis, qui in reliquis Europae partibus omni nisu et ratione pro re christiana tuenda et amplificanda desudabant. Nullas *lovaniensium,* nullas *germanorum* damus, praeter aliquot epistolia, quibus plerumque adolescentes Societatis candidati Ignatio commendantur, aut eorum votorum formula in urbem mittitur (11 Jan., 18, 21 Martii, 27 April.).

Quam epistolarum jacturam multo quidem aegrius ferremus,

nisi illa subinde cogitatio obversaretur animo, eas nimirum aut editas jam esse, aut ad suorum auctorum volumina, tamquam ad propriam sedem, reservari.

2. EXTERNI vero a Societate homines undique consilium petendi gratia aut expediendi religionis negotia ad Ignatium per epistolas accurrebant. Sic Florentius Pauletto de orphanorum institutione Ignatium hoc anno consulit (8 Febr.): Dominicus Numagli Ignatium in hebraeorum favorem ad Christum accedentium patronum adhibet (9 Febr.): sic Petrus Doménech in Lusitania vult ut Societas orphanorum procurationem suscipiat (1 Martii): sic demum virgines Deo sacrae ex barcinonensi Stae. Clarae coenobio litteris Ignatium onerant, cum solatium ac consilium ab eo deprecando, tum vel maxime in Societatis obedientiam ac disciplinam sese committendo (10, 12 Jan., Febr. ineunte, 21 ejusdem, 6 Martii, 3 April., 14 Maji, 18 Octob., 3 Nov.). Quibus jure addendi sunt Mazzocho, Lombardelli et Antonius de Casula: ille navatam a Salmerone Belluni operam extollens (22 April.), hi de reddito casulanis Landino gratias Ignatio amplissimis verbis persolventes (15 Julii, 17 Nov.).

ANNUS 1550

Hic annus epistolas numerat plus minusve 50.

Harum 30 sociorum sunt; reliquae externorum.

1. SOCIORUM epistolae res ad Societatis historiam spectantes plerumque tractant.

a) Pauciores quam superiori anno ex *Hispania* habentur; nec causa difficilis inventu est. Cum enim, recurrente hoc anno 1550, jubilaei sanctitate augusto, evocasset Ignatius Romam e dissitis Europae partibus Patres quamplurimos, ivissentque ex Hispania inter alios cum Francisco Borgia, Araoz, Estrada, Ovie-

do, Mirón et Tablares, factum inde est ut epistolae collegiorum, quibus ipsi praepositi erant, magna ex parte conticescerent; provincialis vero negotia suae provinciae coram cum Ignatio tractanda reservaret.

Itaque Patris Araoz hoc anno 2 epistolae habentur; gandiensium 3; valentinorum nulla, nulla quoque ab Estrada; complutenses a Villanueva 2; salmanticenses ab Hernandez 2; vallisoletanae 2, quarum altera a Joanne González, altera a Peñalosa; nulla a sociis caesaraugustanis, a barcinonensibus nulla. Quod quidem mirum non videbitur consideranti Orlandinum, *Hist. Soc. Jes.* lib. x, duobus dumtaxat perexiguis numeris (n. 110, 111) sive 31 versibus rerum hispanicarum narrationem hoc anno conclusisse.

Attamen dicendum est, quas edimus epistolas, eas nullo modo esse leviores superioris anni epistolis.

Nam, ut a *gandiensibus* exordiamur, epistola Antonii Brandao, lusitani (10 April.), iter narrat sociorum quinque lusitanorum Gandiam usque, quo se contulerant ut in illa Societatis academia laurea donarentur; dumque explicat quos, per Hispaniam iter agens, expertus est ipse sensus, amicorum studium erga Societatem moresque hispanorum describit. Igitur haec epistola historico habenda in pretio est.—Altera, Francisci de Saboya, raptim in via Dertusam versus exarata (4 Sept.), magni facienda est, cum, praeter alia ad socios et Borgiam, theologiae doctorem creatum, spectantia, nobis tradat quinam fuerint civium sensus ac sermones, cum viderent suum ducem Romam discedentem. Tertia est Joannis B. de Barma explicantis quae socii Gandiae fecerint post Borgiae discessum, ut eum comitesque itineris sospites Deus et incolumes in urbem usque deduceret.

Epistolae vero *complutenses* (1 Maji, 2 Julii) fausta omnino nuntiant: civitatem concionibus Estrada, ut superiori anno contigit, valde commotam esse: florentem juventutem sic instituti

nostri esse percupidam, ut merito diceres Complutum jam tunc vere Societatis seminarium extitisse: civium animos nostrorum studio teneri; quin etiam ad conchenses illud studium transiisse, Societatis domicilium deposcentes (18 Octob.). Sed, ut in humanis sunt mala bonis permixta, e toletana regione coelum nubibus obducebatur, quibus Complutum, haud multo post, obvolvendum erat. Antistes enim toletanorum, Martínez Siliceus, ut anno superiori innuitur (31 Octob.), infestum nobis gerebat animum, nec placare eum hoc anno potuit oratione sua P. Michael de Torres, veteri illi junctus amicitia (30 Junii).

Is *salmanticensibus* praeerat potestate; et solitis exercitationibus christianam rem promovebat, civiumque animos Societati conciliabat. Nec urbanis moenibus contentus, *Burgos,* cardinali Mendoza efflagitante, socios misit (30 Junii, 31 Aug., 6 Sept.).

Nec dissimiles erant sodales, qui *Pintiae* vitam degebant. Quo tandem fiebat, ut Societas Jesu magis magisque in dies singulos cognosceretur, amaretur a pluribus, eamque inter alias Hispaniae provincias et civitates Gallaecia et Methymna Campi expeterent (4, 17 Maji).

Caesaraugustae lis antiqua de domo *conservatoris* diplomate pontificis composita videbatur (26 Sept.); tametsi, novae subortae quaestiones inter Annam González ejusque fratres, rem turbidam reddiderunt.

Haec de Societate in Hispania dicta sufficiant.

b) Ex *Portugallia* habentur epistolae 5. Harum 4 sociorum sunt, quibus eorum praecipue acta recensentur. Cum enim nostri conimbricenses angustiis collegii premerentur, essentque nonnulli molesta affecti valetudine, ad Sti. Felicis stationem, quae salubriore utitur coelo, missi sunt, ut vires reficerent simulque studiis operarentur (22 Junii, 31 Aug.): alii vero ut in proximo-

rum salutem incumberent (12 Aug.).—His adjungenda est epistola Petri Doménech de rebus suis et de orphanorum institutione agentis (5 Aug.).

c) Ad *parisienses* quod attinet, unica editur epistola ad socios et ad collegium spectans (13 Sept.).

d) *Colonia* Leonardus Kessel frugiferos sociorum labores, pro animorum salute susceptos, singulari epistola enarrabat (14 Junii.).—Arnoldus Conchus suum ac suorum comitum iter Venetias usque describebat (29 Martii.).

e) Tres sociorum epistolas exhibet *Sicilia*. De illa provincia universe, de probationis domo, de fructibus ex concionibus perceptis Doménech agit (17 Junii.).—Ex collegio panormitano epistolam familiarem scribebat Lanoy (19 Aug.): ex mamertino consultoriam, ut dicimus, Riera (1 Sept.).

f) Majorem epistolarum copiam aliae *Italiae* urbes suppeditant. Earum principem merito appellabis quam ex urbe, incerto mense et die, dedit hoc anno Carolo, Sabaudiae duci, Ludovicus de Coudretto (du Coudrey). Ad rhetorices leges exacta est: ipsius argumentum grave, tractatio artificiosa, sermo simplicissimus; scopus dignus certe et Carolo duce et Coudretto allobroge. Hortatur enim eum ut intra Sabaudiae fines collegium Societatis instituere velit: ad hoc enim opus jam pridem animo Coudretto destinarat quae ad ipsum ex sacerdotii sui, quo se abdicarat, fructibus, et paternae haereditatis bonis veniebant. Quae verba, ad calcem epistolae Carolo duci adscripta, lucem afferunt intelligendis epistolis a Claudio de Coudretto (tres enim erant in Societate fratres, Ludovicus, Annibal et Claudius) suo Ludovico et Ignatio datis (17, 31 Jan., 20 Febr., 30 April., 9, 19 Junii).

His suavissima est adjungenda Stephani Capumsachi ad eumdem Ludovicum epistola, insignis amicitiae notis conspersa (19 Martii); nec tacenda, brevis illa quidem, sed vere pia, quam

ad Stum. Ignatium de suo tam corporis quam animae statu Stephanus scribebat (18 Febr.).

Denique quid Landinus hoc anno egerit in lustratione mutinensis dioeceseos paucis ipse, more suo, Ignatio refert (16 Octob.).

Atque hactenus de sociorum epistolis.

2. Epistolae EXTERNORUM.—Ab externis vero datae commemoratione in primis dignae sunt:

a) Epistola Joannis de Vega, Siciliae proregis, P. Lainez ad pontificem mittentis, ut suo totiusque exercitus nomine gratias ei amplissimas referat ob concessum illis jubilaeum; simulque pontificem rogat ut mandatis, quae a prorege Lainius habet, ad rem christianam promovendam annuere ne gravetur (18 Octob.).

b) Epistola Levorotti, Montis Serrati in Catalaunia religiosissimi monachi, olim legato Poggio a secretis, qui tanto in Societatem Ignatiumque amore ferebatur, ut ab hoc opem et consilium exposceret ad sacram, quam in Indiam expeditionem cum sociis meditabatur (10 Jan.). Quae epistola, cum praeclarum benedictinorum amoris in Societatem testimonium sit, est etiam non vulgare monumentum ad illius celeberrimi juxta ac sanctissimi coenobii historiam contexendam.

c) Ad historiam quoque ecclesiae et virorum suspectae pietatis saeculi XVI (POLANCO, t. III, pag. 48-51, n. 87-90) faciunt epistolae Joannis de Rossi et Ludovici Davidico (20, 25 April.), et quae ad hunc spectat (Mediolani 31 Aug.). Sed de Davidico plura sequentibus annis. Videatur interea epist. Mercuriani 17 Dec. 1552.

d) Theresia Rejadella, barcinonensis, cum suis sacri gynaecei virginibus impense Ignatium urgebat ut earum curam Societas susciperet (10 Jan., 11 April.): numquam tamen id ab Ignatio extorqueri potuit. Huc referenda etiam sunt pia vota

Jacobae Pallavicina, parmensis, quae Deo sub nostrorum obedientia servire percupiebat (10 Dec.).

e) Nec praetermittenda silentio est cujusdam Jacobi Camps, hispalensis, ad Ignatium epistola, hunc consulentis de opere, quod mente agitabat: de institutione nimirum religiosae familiae, ex hominibus uxores habentibus coalescentis (16 Julii).

De reliquis hujus anni epistolis dicere supersedemus.

ANNUS 1551

Numerantur hujus anni epistolae circiter 65.

Ex his paucae ab externis datae: reliquae sociorum sunt.

1. De epistolis SOCIORUM.

a) Redibat ab Ignatii conspectu, purpuram et urbem fugiens, *Borgia* (nemo nescit) ut in Cantabriae montibus ad tempus delitesceret. Haec visa opportuna ratio est ad declinandos honores, quos ei conferre grata Julii pontificis munificentia percupiebat. Ergo Ignatius Emmanueli Sa, qui in borgiano comitatu erat, injungit ut crebris epistolis, quod iter unoquoque die agerent, illum doceret. Hinc plures scripsit Emmanuel litteras, ex quibus, quas potuimus reperire (aliquot enim periisse putandum est), nunc in lucem edimus. His adjungendae etiam sunt quas et alii socii itineris conscripserunt (29 Martii; 4, 7 April.; 28 Maji); nec omittenda Patris Queralt, barcinonensis, qua una scimus noluisse Borgiam, ex urbe redeuntem, Barcinonem ingredi (1 April.).

Borgia, in Societatem ingressus, translato in Carolum filium principatu, abdicatis honoribus, et sub disciplina P. Ochoa Navarro, ognatensis domus rectoris, absconditam in Christo vitam agens, Hispaniam universam commovit, et principibus et populis exemplo fuit. Inde multi ad saniora consilia rediere: nonnulli

ad sedes Societati offerendas permoti sunt (23 Julii, 1 Aug., 21 Sept., 6 Dec., et epist. ejusdem mensis incerto die).

Praecesserant jam ex urbe litterae Didaci de *Eguía,* nepotem suum Nicolaum ad collegium Stellae condendum cohortantis. Collegium hoc habuerat in votis Nicolai genitor, P. Stephanus de Eguía, 28 Jan. Romae sanctissime vita functus (1 Jan., 5 Febr., 20 Sept.).

Estrada vero, prout fuerat ab Ignatio injunctum, redux ex urbe viam sternebat ad collegium Societatis Burgis instituendum (1 April., 25 Julii); socii enim hic, quemadmodum Salmanticae et Vallisoleti, angustis nimis parietibus continebantur, cum et nobilitas urbium, numerus ac religio civium et certa spes laetissimam metendi segetem aedes multo ampliores jure ac merito requirerent (Mendoza, 25 Julii).

Araoz autem, relicto in Cantabria Borgia, suam provinciam lustrabat (8, 19, 25 Nov..); et faventes satis Societati populorum animos experiebatur; cum ecce, quod ex ante actis notione quadam animi praesentiebatur, iniquissima procella in complutenses invasit, saeviente in Societatem Joanne Martínez Siliceo, toletanorum antistite, sub cujus potestate civitas complutensis erat (30 Octob.—4 Nov.). Variae alienati a Societate hominis causae circumferebantur: veram *Villanueva* profert (15 Nov.). Nullum non moverunt lapidem sodales ut emollirent praesulis amplissimi animum et ad mitiora consilia traducerent: frustra omnia: sententia obfirmatus sua, omnibus, velut rupes immota, restitit. Postremo, res acta jure est, et utcumque composita. Sed haec ad sequentem annum spectant (15, 20 Nov., 2 Dec.).

De epistolis ex Hispania satis: ad lusitanorum veniamus.

b) Ex *Portugallia* 9 hoc anno eduntur epistolae. Insignis in primis est illa Antonii Brandaọ (hunc Romam secum Simon Rodríguez adduxerat) missa ex urbe (20 Febr.). Hac sociis conim-

bricensibus exprimit Brandao quos, viso Ignatio, expertus fuit sensus, judiciumque de rebus romanis, de sanctitate praeclarissimi fundatoris profert.—Reditum vero Simonis in Portugalliam ac Henrici cardinalis consilium de tradendo Societati eborensi collegio paucis nuntiat Anriquez (16 Junii).

Leite et Consalvus (incerto tempore) occupationes cum proximis narrant: hos sequuntur excerpta ex litteris sociorum Conimbricae et Tituani, quae in eodem versantur argumento (Febr.). Nec ab his separandus videtur propter conjunctionem, quam cum sociis habebat, Petrus Doménech, Villabeltrandi abbas. Hic enim votum emisisse Societatis ineundae supra diximus, Epist. Mixtae, t. 1, pag. 462, annot. 1; «sed dum negotiis distinetur, antequam Societatem esset ingressus, ab hac vita decessit.» Polanco t. 1, pag. 447, n. 490. Igitur Doménech in instituendis orphanis multum operae laborisque consumebat, mira prorsus de eorum profectu narrabat, aliqui in Brasiliam et Indiam mittebantur (17, 18 Febr., 1 April.).

Postremo, Melchior Carneiro laetatur de adventu P. Mirón in Lusitaniam: eborensis collegii initia narrat, Ludovici Granatensis virtutem et amorem erga Societatem laudat (10 Nov.).

c) Parisiis lux affulserat Societati, privilegio collegium aedificandi adepto (5 Febr.); quae tamen laetissima spes, adversariis assurgentibus, evanuit.

d) Longe meliora in *Italia* contingebant. Nam Ferrariae dux alumnos Societatis ad collegium inchoandum efflagitabat (1 Maji): Neapoli nostri amici manum operi pro sua civitate urgendo admovebant (19 April.): Landino Mutinae oppidisque circumjacentibus tantam in profliganda haeresi, extirpandis vitiis, inserendisque virtutibus collocabat feliciter operam, ut virium jacturam faceret (6 Febr., 5 April., 29 Maji, 6 Junii, 9 Julii, 1 Aug.).

e) Ex *lovaniensibus* unicam edimus epistolam (7 April.), alteram ex *coloniensibus* (1 Sept.): illa Patris Adriaensens de candidatis agit, haec Patris Kessel, Canisii reditum exoptat.

De epistolis sociorum haec dicta sufficiant.

2. Externorum epistolae, ut supra diximus, paucae habentur. De his, quia arctissime cum epistolis sociorum cohaerent, cum de illis ageremus, dicere necesse fuit. Sic epistolae Petri Doménech, Ludovici de Mendoza, Dionysii de Caesena, Izaguirre, López et aliorum suis locis laudantur.

Mentione tamen dignae sunt Angeli Suriano, gratias Ignatio agentis, quod in sociorum numerum adlectus sit (23 Maji); Francisci de Salcedo, domicilium Societatis Abulae constitui expetentis (18 Julii); Joannis Croce, fratrem in patriam revocantis (15 Sept.); Martini de Olave, officiose ad Polancum Tridento scribentis (17 Sept.); Vinyes, gerundensis, in Societatem admitti demisse postulantis (9 Octob.); denique Joannis de Borja, Matrito, quo se ad negotia obeunda et Philippum, principem, salutandum contulerat, multa paucis de Siliceo et Poggio nuntiantis (4 Nov.).

ANNUS 1552

Hoc anno numerantur epistolae ultra 85; sociorum ferme omnes sunt.

1. De epistolis sociorum.

a) Felicibus auspiciis annum inire videbantur *complutenses,* compositis per cardinalem Poggio, Torres et Araoz, Hispaniae praepositum, rebus cum Siliceo, qui ultro se fauturum vel maxime Societati dicebat, dummodo haec a se condita pro toletana ecclesia instituta admitteret. Dura sodalibus haec visa conditio est, nec facta laesi juris restitutio omnino placuit; sed pro

tuenda pace et ut morem Poggio gererent, nihil socii ad verba antistitis objicientes, conticuerunt (14, 20 Jan., 16 Martii). Eorum tamen silentium probatum non fuisse praesuli, aliquid amplius a Societate cupienti, vel inde patet, quod adhuc nostris infensum animum postea retineret (20 Sept.).—Haec vero minime obstabant quominus studiis nostri gnaviter operarentur, multique Societatis arderent desiderio (19 Nov., 21 Dec.). Inter eos autem, qui hoc anno ex toletana dioecesi Societati nomen dederunt, unus instar plurium habendus est *Bartholomaeus Bustamante,* nostris ineunte anno adscriptus, de quo scribebat Villanueva (20 Jan.): «Spero a de aver más fruto deste en la iglesia de Dios, que daño en la persecución» [scil. archiepiscopi toletani].

Sed eorum, qui Societati hoc anno sese adjunxerunt, nullus sic perculit hominum mentes ut florentissimus juvenis, *Antonius de Córdoba,* qui Borgiae aemulatus, cum inter purpuratos principes cooptandus jam esset, omnia posthabuit ut, Christo devotus, in Societatis castris stipendia mereret (31 Martii, 22 Sept.).—His certe non inferior, alius hispanus e tridentina, ubi fulsit, doctorum hominum palaestra, Romam adivit Societati nomen daturus, *Martinus de Olave,* quem nominare laudare est (20 April., 1 Julii). Sic optimis sodalibus minimam Societatem suam Numen augebat.

Nec incrementum domorum et occupationum ipsi deerat.—Ludovicus enim de Mendoza collegium *Segoviae,* in suo natali solo, aedificare volebat (3 Julii): de *compostellano* erigendo jam a Torres agebatur (21 Junii): crescebat *Caesaraugustae* eorum numerus, qui apud nostros sacra exomologesi peccata expiare volebant; et archiepiscopus, non multum nostratibus antea benevolus, aversum animum exuisse videbatur (6 Febr., 1, 12 April., 15 Maji).—Id unum nostrorum cursum ibi retardabat, lis

scilicet, quam de domo Societati destinata Anna González suis fratribus intendebat (23 Nov.).

Gandiae et *Valentiae* res Societatis secundo cursu ferebantur (3 Febr.); quamquam valentini revocatum Romam ab Ignatio fuisse Hieronymum Doménech vehementer dolebant (24 Aug.).

Burgis, ubi difficultates nostris ortae fuerant, Estrada, bene de civibus merendo et amicorum praesidio adjutus, illas depellere nitebatur (15 Maji, 21 Julii, 22 Nov., 1, 18 Dec.).—*Methymnae Campi* pontificis pro Societate diplomata illius abbati, nostris obsistenti, indicebantur (23, 25 Nov.).—*Vallisoletanis* denique percommode res contingebant (11 Aug.); ad quod certe contulit adventus Francisci Borgiae (8 April., 25 Octob.), in Portugalliam, jubente Ignatio, tendentis; quamquam certis de causis susceptum iter impeditum est. Verum hae causae aliqua indigent explicatione. Nos pauca dicemus. Sed haec ad lusitanorum epistolas spectant.

b) Plures hoc anno ex *Portugallia* numerantur, eaeque longe caeterarum, quas edimus, gravissimae.—Constituerat Ignatius Simonem Rodríguez a tractandis in Lusitania gubernaculis removere. Cur id animo constituerit, nec hujus loci nec nostri muneris est explicare. Alii tradunt.—Cum vero id in animum induxisset, quia existimabat rem difficultatem habituram, maxime apud regem et lusitanos principes, his litteras scripsit; et Borgiam cum Michaele Torres, quem inspectorem provinciae creabat, in Portugalliam adire jussit. Res eo spectabat, ut facilius Joannes III Ignatii consilium susciperet, sineretque Simonem egredi in Brasiliam (id olim hic expetiverat), vel in Aragoniam, novam in Hispania provinciam ab Ignatio constitutam, cui praeficiendus Rodríguez. Verum ex parte regis nulla prorsus erat difficultas in educendo ex Portugallia Simone, quin immo optabat et ipse, adhibita honesta causa, cum honore extra regni fines

illum emittere (18 Febr.). Et quia nostris in Portugallia visum fuit facilius negotium transigi posse, si Torres et Borgia tunc non accederent, inchoatum iter hi distulerunt: Miro in Simonis locum suffectus est (29 Maji).—Sed haec rerum personarumque mutatio miras tragoedias excitavit.—Simon e Lusitania exire recusabat: de Mirone multa tam pro ipso quam contra ipsum dicebantur (18 Julii, 31 Aug., 4 Sept.).

Tum Patres, etiamsi nimis sero, quam sapiens Ignatii consilium fuerit, agnoscebant.—Ergo ad Michaelem de Torres, compostellani collegii negotia tractantem (21 Junii), oculos converterunt, qui solus (nam Ognatum Borgia remeaverat), cum in Portugalliam mense Julio venisset, rem utcumque composuit: Rodríguez in Aragoniam misit; Mironem, donec freta mitescerent, in missiones, quarum erat percupidus, ablegavit: ipse Compostellam, quo vocabatur, rediit.

Res pacata jam videbatur; sed prompta affuit nova turbarum occasio. Simoni Rodríguez datus fuerat itineris socius Michael Gómez. Hic, valetudinem incommodam causatus, e media via rediens in Lusitaniam, omnia miscuit; et in Mironem, immo in ipsum Ignatium, optimum Societatis parentem, quamplurima falsa et iniqua comminisci atque evomere non erubuit. Inde calumnias ad regias aures deferri: plures in vocatione sua nutare: quosdam etiam a Societate deficere: de aliis in suspicionem venire; postremo, Torres iterum in Portugalliam vocari. (Vide epist. per totum Octob. ex Lusitania datas, quibus adjungendae sunt Petri Doménech 1 Sept., Godino 22 Nov., Araoz 25 Nov.). His plurimae aliae essent addendae, eaeque gravissimae; sed, quoniam anno proximo 1553 scriptae sunt, rem quasi in media flamma relinquimus.

Interea vero, dum his turbinibus palea a tritico secernebatur, multorum emicabat virtus. Sic prae animi modestia ac demis-

sione González de Cámara et Mirón officium in aula plenum honoris, munus scilicet confessarii regis et principis, recusabant (25, 29 April.), et longe maxima saniorque sociorum pars pro vindicandis sacris obedientiae juribus stabat: reges Joannes et Catharina, regisque fratres, solito et ingenti quidem amore Societatem prosequebantur; et Ludovicus de Montoya, magnum in Lusitania lumen, Ignatium laudibus suis ad coelum efferebat (18 Febr.). Sed de Portugalliae epistolis satis.

c) Parisiis egestate socii premebantur; quare Romam aliquot contendere necesse fuit (12 Martii); quos inter Viola, infirma usus valetudine: huic Paschasius Broet successor datus (26 Junii).

At sociorum ex Gallia discessus italis opportune contigit: per collegia enim Italiae distributi illi sunt.

d) Ex *perusino* collegio plures habentur litterae. Laboriosa quidem fuere hujus collegii initia; sed in illis Edmundus Augerius, adolescens, jam tunc aliquid magnum portendere videbatur (23 Julii). Rerum tamen inopiam patienter tolerabant: ab externis scholarum magistris oppugnabantur: templo Societatis attributo, ubi sacra obirent munera, carebant (Aug. incerto die, 19 Nov., 17 Dec.). Ad haec, Laurentius Davidico, de quo supra dictum est, nescio quam rationem exercendae pietatis, plenam hallucinationis, inducere satagebat (17 Dec.). Solitis nihilominus nostri distinebantur occupationibus, spemque habebant, fore ut in dies, idoneo ad nostra munia comparato loco, uberiorem animorum segetem demeterent (25 Dec.).

Mutinae et Garfagnanae Societatis collegium expetebatur (25 Maji); quorum *mutinense* hoc ipso anno inchoatum est (13 Nov.); de Garfagnana notitia sive inquisitio facta (22 Octob.). —In Landini vero epistolis hujus anni illud singulare est, quod voluerit mutinensium episcopus Landini obedientiae subdi, idque

praestiterit (18 Maji). Rheginis quoque Landinus operam navavit (28 Aug.); et quia illuc, obedientia duce, iverat, resque feliciter ei successerant, illam virtutem mirifice laudat, optatque in posterum eorum, qui potestate praesunt, nutu et sententia perpetuo regi (3 Sept.). Ad Landinum etiam spectat epistola Herculis Purino, Ignatium rogantis ut illius in semetipsum rigorem moderetur (28 Martii).

De *eugubino* collegio unica profertur epistola J. B. de Velati de collegio, de sociis, de ipso rectore agentis (5 Dec.).

Neapoli singularis etiam editur Andreae de Oviedo epistola, qui illuc contenderat, initium collegio neapolitano facturus (22 Nov.).

e) Coloniae Leonardus Kessel sedulo in confovenda pietate adlaborabat, Societati juvenes alliciebat (8 Martii), alios in urbem ad collegium germanicum mittebat (24 Octob.).

f) Viennensium curam, Jajo e vivis erepto, Lanoyus alacriter gerebat: sociis et externis sedulam navabat operam, et germanico in urbe collegio prospiciebat (1, 24 Octob.).

Atque haec de sociorum epistolis.

2. De epistolis EXTERNORUM pauca dicenda sunt. Paucae enim hujusmodi hoc anno numerantur, de quibus supra mentionem suo loco non fecerimus, eaeque vel ad gratias agendas conscriptae sunt, ut barnabitarum mediolanensium (2 Febr., 22 Martii), vel ad mandata committenda (25 Febr.), aut studium significandum (8 Febr.). Inter quas illa propior ad res Societatis accedit, quam alibi laudavimus, Gregorii de Polanco (15 Maji).

Haec de epistolis hoc volumine comprehensis dicenda erant. Non omnes certe gravissimae sunt; nec enim esse poterant, cum MIXTAE sint tam ratione argumenti quam auctorum; sed tales nihilominus, quae pondere et utilitate non careant. Fatemur etiam eas non semper in novo argumento versari: fieri enim id

non poterat, cum illarum argumentum saepe pluribus commune sit, quorum scripta in lucem jam prodiere; sed illud asserimus, quod nemo inficiari poterit, multa in his epistolis nova, et incognita hucusque, inveniri; cognita autem et ab aliis dicta iisdem saepe compleri, saepius confirmari, nonnumquam etiam corrigi.

Licet quam in edendo primo volumine rationem tenuimus, eamdem in hoc quoque retineamus, in re nihilominus parvi momenti aliquid, ut morem plerisque gereremus, immutare non dubitavimus. Igitur in litteris, quas appellant *majusculas,* adhibendis multo parciores erimus; et ultimam ab academia hispanicae linguae inductam acuendi rationem nos quoque servabimus.

Praeterea quando a nobis POLANCO citatur, citabitur autem saepe, POLANCI *Chronicon* intelligendum est.

180

HIERONYMUS DOMENECH

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

PANORMO, INEUNTE JANUARIO, 1549 [1].

De academia mamertina.—Quale pontificis diploma ad illam recte instituendam optet Didacus de Córdoba.—Academiae rector quis esse debeat, aut a quo renuntiandus.—De collegio mamertino.—De sumptibus Romae factis persolvendis.—De designando die ad noxarum veniam adipiscendam.

Quanto á la expeditión de las bullas para la vniuersidad de Meçina, dize Joan de Vega, que, si no son expedidas, que V. R. las haga detener hasta que aquí se vea vn poco qué se ha de ver, y se embíe la determinatión á V. R. de lo que se ha de hacer.

Lo que passa en este negocio es esto: que, veniendo la copia de las supplicationes, la primera vez que salí de mi enfermedad de la cámara, fuí á hablar con el virrey, y le di la carta de V. R., y hablamos vn rato en diuersas cosas. Díxome que amostrasse al señor don Diego las copias, para que las viesse si estauan bien. El señor don Diego aquel día fué para un monesterio de benditos, que está á cinco miglias ó siette de aquí, para tener allí las fiestas. Yo fuí el día de S.t Joan á hallarle en el monesterio, por communicarle las copias, y concluir lo que se hauía de hazer,

[1] Ex autographo in vol. B, duplici folio, n. 30, prius 790.—Desideratur scriptionis dies. Ex ipsa tamen epistola eruitur scriptam fuisse aut postremis anni 1548 diebus, aut ineunte Januario 1549. Etenim in ea agitur de domino Didaco de Córdoba, quocum Doménech de rebus, ad mamertinam academiam spectantibus, erat acturus. Jam, cum Córdoba ad benedictinorum aedes, ut ibi natalitia Servatoris nostri perageret, se contulisset, nec inde reversurus esset Panormum, nisi post diem 6 Januarii; Doménech, quia res urgebat, ad Didacum de Córdoba 27 Decembris adivit: cum eo negotium contulit, sequenti die rediit ad proregem, illum quid egisset docturus: tandem, proximis deinde diebus hanc Ignatio epistolam conscripsit.— De Didaco de Córdoba haud semel in sequentibus epistolis erit sermo. Vide etiam *Cartas de San Ignacio,* t. II, pag. 183, annot. 2.

porque me dezían que hauía de estar hasta passados los Reyes› y hablé con éll, y le amostré las dichas copias. Alteróse en ver vna cláusula en la supplicatión de la vniuersidad, no de aquella manera que en lo memorial le embiamos, y es que el prepósito general de la Compañía haya de elegir lo rector de la vniuersidad, diziendo que esto sonaría mal á la ciudad de Meçina, paresciéndoles que es sometter al prepósito general la vniuersidad; y que en ninguna manera se expediessen desta suerte; y que si eran expedidas, que no las embiasse V. R. hasta que se acconciase [1] como estaua en lo memorial que scriuio éll, y es que se ponga que el rector del collegio de la Compañía de Meçina huuiesse de ser rector y cançeller de la vniuersidad, ipso facto que fuesse rector del dicho collegio. Y yo replicándole que el collegio está súbdito al prepósito general, y que el rector del dicho collegio ha de ser elegido por el dicho prepósito, y que, queriendo que el tal rector fuesse también rector de la vniuersidad, venía á esser mediate elegido por el dicho prepósito general, y ansí que todo era vno; no se pudo contentar, sino que quiere que se mude, y ansí me lo dió por vn memorial, la copia del qual embío á V. R., porque lo original esta mal scrito, en el qual ha puesto también lo de la exemptión, y lo que más le ha parescido, lo que quiere que en todo caso venga en la bulla, si no es expedida, y cuando fuesse expedida, por alguna reformatión ó breue, y que la erectión y esto todo venga junto [2].

Esta resolutión huue del señor don Diego, y ansí me boluí á Palermo lotro dia siguiente, y lotro día después hablé con el virrey para concluir este negocio, y leyle los capítulos del memorial del señor don Diego, y paresciéronle bien, excepto quando entendió de los grados, que se huuiessen de dar en la madre iglesia [3]. Preguntóme ¿qué era esto de los grados? y declarándoselo, hizo difficultad por Cathania, y yo le dixe cómo el señor don Diego hauía visto el priuilegio de Cathania, y cómo no era abnegatiuo, y que se lo hauía communicado con su excelencia, y que,

---

[1] Ms. *conchiasse*. Verbum hoc adhibetur pro *conficere, concinnare*.
[2] Cf. *Epist. P. Nadal,* t. 1, pag. 53-54; pag. 62, n. 2 et 3.
[3] In templo maximo.

haciéndose vniuersidad, esto importaua. Respondióme que no se acordaua de hauer bien entendido este negocio, y que quería hablar con el señor don Diego, pidiéndome quándo hauía de venir, y que con él se resoluería este negocio, y que entre tanto scriuiese á V. R. lo sobredicho, que es ha saber, que, si no era expedida la bulla de la vniuersidad, que se detuuiesse hasta que otra cosa se scriuiesse, y yo spero que todavía se contentará en que se haga como se ha negociado, porque el señor don Diego está muy puesto en ello, y su excelencia le da crédito. De lo que se determinare daré aviso á V. R. con las primeras.

La expeditión del collegio puede ir adelante, si no es acabada, y si la otra fuesse acabada, la detendrá, que no la embiará hasta que otras scriua á V. R.: y esto quanto á este negocio.

Quanto al breue de la reformatión, como no sabíamos cierto lo que hauía costado, no he procurado de hauer los dineros. Ahora que lo sé, lo procuro, que ya he hablado con el virrey, y me ha dicho que lo hablase con el thesorero, y ansí entiendo en ello. Estos dineros de la corte se cobran con alguna difficultad, como passan por muchas manos. Yo pondré diligentia de cobrarlos lo más presto que pudiere.

Quanto al nombrar el día de la indulgentia para la bulla de las casas de los huérphanos, ya scriuí á V. R., si pudiesse ser á la electión de los confrades, ó del obispo, ó, en su absentia, [del] vicario, ó que fuesse el día próximo immediate de la publicatión de las bullas, ó como mejor paresciere á V. R.; sólo que sea vn día entero por lo menos.

IDEM JOAN HIERÓNYMO DOMÉNECH.

Inscriptio manu P. Nadal: † R.do P. D. Ignatio.

181

ANDREAS DE OVIEDO

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

GANDIA 10 JANUARII 1549 [1].

Bti. Fabri memoriam vigere.—Theologiae lectionibus factum initium.—Borgiam eisdem animum applicare.—Collegium litterarum studiis ac morum integritate florere.

† Jhs.

Muy Rdo. Padre nuestro.

La summa gracia y amor de Xpo. nuestro Señor sea siempre en nuestras almas. Amén. Hallándome bien con ser devoto de nuestro P. Mtro. Fabro, que está en la gloria, pues el Señor me ayuda con su gracia, no quiero perder el fructo de la devoción de la candela que suelo embiar para que arda sobre su sepultura; y así suplico á V. P. mande poner la que con esta yrá.

Acá las cosas de la Compañía van bien, gloria sea á nuestro Señor. Anse empeçado ya las liçiones de la theología, la qual lee el Rdo. P. Mtro. Pérez [2], de quien avrán entendido. Es persona muy docta, y ha escrito sobre Sto. Thomás, y leydo theología más de veynte años. Lee en la primera y en la tercera parte de Sto. Thomás á la mañana y á la tarde: tiene hartos oyentes, y entre ellos letrados y predicadores. De nuestro collegio oyen diez hermanos la theología; y el señor duque [3], después que mucho tiempo ha estudiado en las artes, oye al presente muy de propósito la theología, fauoresciendo mucho nuestros estudios, y repite todas licçiones. Pasámoslas S. S.ía y yo, después de averlas oydo. Espérase en el Señor nuestro mucho fructo deste curso; y por ser tan docto el maestro, y también tener nuestros herma-

[1] Ex autographo in vol. B, duplici folio, n. 78, prius 125.

[2] Hieronymus Pérez, valentinus, ordinis Btae. Mariae de Mercede, de quo *Epist. Mixtae*, t. 1, pag. 177; POLANCO, t. 1, pag. 443, n. 482.

[3] Franciscus Borgia.

nos muy buenas abilidades, nos ha pareçido que devan de estudiar muy diligentemente la theología, pues tienen tal comodidad, qual por ventura no ay mejor en París.

El señor duque halla mucha devoción en oyr S. S.ia este curso; y yo pienso que, si le oye, según la gracia y espíritu que le ha dado el Señor, y según el grande engenio que también el Señor le ha dado, que saldrá admirable theólogo, para dar mucha lumbre en la iglesia del Señor, porque se espera de muchos, y á mi pareçer con devida esperança en el Señor, que este su siervo ha de ser vn gran pilar, y consolaçión de muchos en la iglesia de nuestro Señor.

En las artes lee el Mtro. Juan Guttano, el qual es muy docto á maravilla en su facultad, y tiene grande ingenio y mucha claridad: hállase bien en esta tierra. Y de los hermanos oyen tres la dialéctica: el hermano Emanuel [1] ha acabado su curso de artes, excepto la methaphísica, la qual se leerá con la gracia del Señor. En grammática ay buenos preceptores: por manera que las letras floresçen en esta vniuersidad á gloria del Señor; y en muchos sieruos, que ay en esta tierra, de nuestro Señor floresçe tambien la virtud; y los hermanos por gracia del Señor dan de sí buen exemplo y edificaçión.

En las oraçiones de V. P. nos encomendamos mucho en el Señor nuestro, el qual por su misericordia nos quiera dar su gracia, que su santíssima voluntad sintamos, y aquella enteramente cumplamos.

De Gandía á 10 de Enero 1549.

De V. P. obediente hijo en el Señor,

Andrés publicano.

Inscriptio: Jhs. Al muy Rdo. en X.o nuestro Señor Padre nuestro, el P. Mtro. Ignatio de Loyola, prepósito general de la Compañía de Jhs., en Roma.

[1] Emmanuel Sa.—De hoc juvene, quem meritis Oviedo saepe laudibus cumulavit, deque aliis, quos ipse nunc memorat, multa tradunt *Epist. Mixtae,* t. 1, per totum.

182

[HIERONYMA] OLUJA
PATRI IGNATIO DE LOYOLA

BARCINONE 10 JANUARII 1549 [1].

Virgines Stae. Clarae barcinonenses tradere se in Societatis obedientiam volunt.

✝
Jhs.

La gratia i amor del Spíritu Santo sea siempre en nuestras almas. Amén.

Carísimo i amantísimo Padre en Christo Señor nuestro: Ya pienso será informado V. P. de nuestras tribulaciones i nesesidades por el Señor lisenciado, nuestro padre [2], el qual a querido nuestro Señor por su clemencia se sea allado en Barcelona, lo que no a sido poca gracia para pasarlas, de quien i por quien esperamos con el fauor diuino i con su testimonio el remedio, pues sabe lo que passa i a passado, así en lo interior de nuestras almas, como en las cosas exteriores.

Esperamos con su intersesión i información V. P. se a de inclinar á misericordia en atorguar [3], procurar trabajar por unas personas tan nesesitades, i que de mutxo tiempo antes desta tan grande i summa nesesidat daua el Señor tam complidos deseos en esto que aora pedimos con tanta raçón i ocasión, que el Señor a permitido ofreserse para dar ánimo en lo que no se osaua pensar [y] aora se demanda con grande instancia; i así lo pido i so-

---

[1] Ex autographo in vol. B, sesquifolio, n. 161, prius 632. Adeo neglexit bona haec virgo grammatices regulas, ut si ad eas verba omnia exigere velimus, integra sane epistola emendanda esset. Quare satius fore duximus praecipua tantum indicare.

[2] Intellige P. Antonium de Araoz, provincialem Hispaniae, qui Barcinone «fuerat... satis diu, partim cum valetudine adversa conflictatus, partim praedicationi et monasteriorum reformationi... intentus.» POLANCO, t. 1, pag. 439, n. 475.—Vide infra, epist. 185.

[3] *otorgar,* concedere.

plico io por mi parte arrodillada i aprostrada [1] á los pies de V. P. no sin lágrimas, como al Señor de todos lo e demandado mutxas uezes con grande ecseso. Su Majestat me es testimonio que sabe en esto i en lo demás las entranyes [2], i si cosa buena ai [3], él lo da, y así lo e tenido por mui suiio, i quedo en esto mui opliguada [4] solamente en el deseo: i e sentido algunas uezes por su bondat una esperansa grande de lo alcansar, á lo menos para el morir bien, i á las otras para bien viuir. Tanbién por la mesma bondat del Señor e sentido i siento seríe [5] mui seruido en ello por las otras, que por mí no tengo de dexar de seruir i recordar quién soi i el poco aparejo [que] tengo para cosa buena, ni menos la meresco: esto está mui claro, i se puede deciir sin duda.

No quería ser prolixa, aunque por satisfacer á mí mesma, aunque sea roin, no puedo dexar de ser importuna en tornar á sopliquar [6] en la manera ditxa nos quiere consejar [7] [y] encaminar cómo podremos alcansar ser regidas, mandadas, i del todo sujetas á su obediencia i relligión santa, lo que [8], como Simeón, deseo uer antes de la muerte, i sallir de tantos enbarasos [y] confusiones [que] ai, que por ser tantas no diguo ninguna, ni sabríe dónde comensar. Abasta [9], remetiéndome á su caridat [y] piedat, i á los que escriuen, i no es razón ser más prolixa en darle pesadumbre, sino rogar al Señor nos dé su santa gracia, [y] á V. P.

---

[1] *postrada*, provoluta ad pedes.—Plures extant epistolae, quibus flectere Ignatium hujusmodi sanctimoniales et earum studiosi enixe volebant, illumque in eam sententiam deducere, ut tandem aliquando Societas curam feminarum Deo dicatarum susciperet. Has litteras infra, suis locis, damus. Ignatii vero responsum, quo postulata negabat, vide in *Cartas de San Ignacio*, t. II, pag. 179. Confer ad hunc locum POLANCO, t. I, pag. 439, n. 475; ORLANDINI, *Hist. Soc. Jes.*, lib. IX, n. 74; ALVAREZ, *Hist.* ms. *de la Provincia de Aragón*, lib. II. cap. I.

[2] *entrañas*, viscera, secreta cordis, abditi recessus.

[3] *hay*, est.

[4] *obligada*, obligata, devincta sum.

[5] *sería muy servido*, multum Deo serviretur, etc.

[6] *suplicar*, rogare.

[7] *aconsejar*, consilium dare.

[8] Ms. *la que*.

[9] *Basta*, sufficit, satis est.

para repartir las que él le a dades [1] para su maior seruisio y bien de nuestras almas. Vnas relisioses de las más afectadas vesen [2] las manos de V. P., i son de las que muy á de ueras desean i piden el Señor las tenga de su mano i a todos. Amén.

Etxa [3] á x de Enero anyo MDXLIX.

De V. P. la más inútil súpdita,

OLUGIA.

Inscriptio: Jhs. A mi en Christo nuestro Señor carísimo Padre, el señor Mtro. Ignatio de Laiiola, general de la Compañía de Jesús.

183

FRANCISCUS DE ROJAS

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

CAESARAUGUSTA 11 JANUARII 1549 [4].

Ad litem inter *conservatoris* filios componendam pacemque conciliandam, diploma pontificis esse quam primum Caesaraugustam mittendum.

Jesús.

Muy Rdo. Padre.

Pax Christi: El negoçio destas paredes que el conseruador [5], que aya gloria, dexó á la Compagnía, está muy rebuelto : vna caussa es la conditión de los interesados; y la otra la dilatión de embiar este despacho. Supplico á V. P. dé orden cómo venga luego y á buen recado, porque, mientras la cosa está in fieri,

---

[1] *las que él le ha dado,* quas, scil. gratias, Dominus Ignatio dedit, largitus est.

[2] *besan,* deosculantur.

[3] *Hecha,* facta, scripta scilicet epistola.

[4] Ex autographo in vol. B, duplici folio, n. 92, prius 655.

[5] Joannes González de Villasímplez «Secretario del Emperador Carlos V y Conservador del Real Patrimonio en Aragón, que... ofreció casa y hacienda para fundar un Colegio en Zaragoza». *Cartas de San Ignacio,* t. II, pag. 37, annot. 2 ad epist. CXXI. Vide etiam *ibid.,* pag. 182, 183. De his rebus caesaraugustanis aliquid supra, *Epist. Mixtae,* t. I, diximus, dicemusque plura in hoc et seq. voluminibus.

cada día se offrescen nueuas inuentiones, y dellas nasçen nueuos escándalos. Y como para remediar esto no ay otro medio sino la conclusión ó algún concierto, para lo vno y lo otro es necessario que venga esse breue en breue tiempo, porque el negocio no puede estar en peor estado, ni con más materia de escándalo que es estando assí suspenso. Y digo que venga á buen recaudo, no le salteen; porque, como los contrarios se fundan in bona fide, parésceles ser lícitas muchas cosas, vt redimant vexationem. Y también aduiertan en la data del breue, pues se concedió antes de la muerte del conseruador; porque si la data viene después, errándosse los escritores, es gran inconueniente. V. P. mande poner diligentia en esto, pues importa al [2] interés de doña Aldonça [1], á quien toda obra buena debe la Compagñía; y la diligentia que en ello se porná, no pienssen que escandalizará á nadi, porque muchos están escandalizados del daño que haze á doña Aldonça la negligentia que juzgan; y también porque tenemos harto probada nuestra intentión de no mouernos nuestro interés; tanto, que, gloria á nuestro Señor, con los vnos y los otros tengo igual amistad y libertad, para dezirles mi parescer en esta materia.

De Çaragoça a XI de Enero 1549.

Indignus filius ac seruus,

† FRANCISCO DE ROJAS.

Inscriptio: † Al muy Rdo. Padre, el P. Mtro. Ignatio de Loyola, prepósito general de la Compagñía de Jesús, en Sta. María de la Estrada, junto á S. Marco en Roma. Al porte vn julio.

---

[1] Aldonça, sive Alduncia, González erat Joannis González filia, inter quam et Ludovicum fratrem lis gravis vertebatur, de qua vide *Cartas de San Ignacio*, loc. cit.; POLANCO, t. I, pag. 442, n. 479, et epistolas infra proferendas.

[2] Ms. *el*.

184

CORNELIUS BROGELMANS

PATRI JOANNI DE POLANCO

LOVANIO 11 JANUARII 1549 [1].

Gaudet quod lovanienses socii Romam evocentur.—Dato consilio de assumendo socio libenter obtemperabit.—Litterarum commercium sibi gratissimum.—De suis occupationibus.—Mandata ad sodales.—Instrumentum mittit, quo se sacerdotio abdicat.

Jesus.

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi sit nobiscum semper. Amen.

Charissime in Christo Jesu Pater et frater, domine Joannes. Quam gratae tuae literae mihi fuere non explicuero facile; et quid, quaeso, meum magis potuisset delinire animum, quam laetum illud de mittendis fratribus nuncium? [2] Exhilaravit sane (sit Altissimo laus et gloria) mentem meam supra modum.

Sano autem consilio Patrum de assumendo socio lubens obtemperaturus, doleo, veniamque postulo, eo quod a Patrum in aliquo defecerim sententia: spero quod [hoc] consilium, (qui iam bis hac de re cum uno juvene verba habui) brevi exequi potero.

La chose combien de prouffit, combien de consolation, combien d' honneur ell' apportera a V. E., personne ne le pourroist dire. Car vous aures vn college plein de scienses et vertus, et lequel vous rendra beaucoup des disciples, reluisans de bonnes meurs et de doctrine. Et si vn seul ainsi bien morigeres est quelque foys prouffitable a vne cite ou a plusieurs, que devions nous estimer estre de plusieurs tels? Grand prouffit encores pourra fayre le dist college a vostre salut et de vostre peuple, lequel pourra estre incite tous les jours plus a crayndre et aymer Dieu et vous. Mays combien de pleysir prandra V. E., voyant quell' aura institue vn exercice destudes et de telx seruiteurs de Dieu; college, lequel sera en ce monde a memoyre perpetuelle de V. E., et en laultre a salut et gloyre sempiterne?

Quant a moy je ne veulx laysser, monseigneur tres illustre, a vous declayrer mon propos et intention. Il y a plus de quattre ans que jey leysse nostre mayson et la chanoynerie et chantcerye que javoys a Salanche pour suyure ceste Compagnye et en ycelle seruir du tout a Jesus Christ, come ont faist encores deulx miens freres [1]; et sommes tous troys vous humbles subiectz en Jesus Christ, desirans destre admys et incorpores en la Compagny. Nous avons des[tine ?] ce peu de bien que nous avons a Salanche pour principe d' vn lieu a la dicte Compagnye, esperant que sera gran prouffit et salut des gens dycelluy vostre peys [2]; lesqueulx je desireroys il eussent trestous la vraye cognoyssance de Dieu, et le cognoyssant il aymassent, et laymant il le glorificassent es ciecles des ciecles. Amen.

---

[1] Hi erant Annibal et Claudius de Coudretto: Claudii plures infra edimus epistolas.

[2] Ludovici votis, non tam cito quam optarat, eventus respondit. Nam variis moram trahentibus impedimentis, non nisi ad annum 1564, ipse Coudretto camberiensi collegio initium fecit. Vide SACCHINI, *Hist. Soc. Jes.*, p. II, lib. VIII, n. 88.

Je vous dis a Dieu, mon tres souuerain, tres redoubte, et tres ayme Seigneur, me recomandant tres humblement a vostre bonne grace, et baysant vostres mains benignes.

En Romme.

D. V. E. tres humble subietz en Jesus Christ.

L[udovico] d[e] C[odreto].

In quadam schedula, manu ipsius P. Ludovici exarata, sunt in altera parte versus aliqui sacrae scripturae, in altera vero adversaria fragmenti praecedentis epistolae latine redditae, quod hic transcribere placuit: † tamen tam multis ciuitatibus, tam multis principibus, quod tanta cum utilitate viris huius Societatis perfruuntur, suae vero penitus ipsis careant. Itaque quam rem mihi desiderium tuj in mentem iniecit, decreuj breuj ad te perscribere. Operae precium facturum te scilicet, si collegium Societatis ipsius aliquod in una ciuitatum tuarum aliqua, utpote Vercellis, uel Ipocediae, uel Auguste, etc., institueres. Hoc tibi esse facilimum: nihil enim aliud oportebit praestes, praeter uoluntatem; quae, si ad tantum bonum adducta fuerit, facile poterit beneficium aliquod aut locum in tuarum ciuitatum aliqua, non admodum habitatum, huic rei applicare. Quae quantae tibi utilitati, quanto solatio, quanto honori futura sit, res ipsa plenius ostendet, quam tu posses cogitatione complecti. Nam collegium habebis scientiis et uirtutibus plenum, et discipulos multos exhibens optime institutos. Quae res, quam optanda sit, uel ex eo coniicj potest, quod vel vnus sic bene institutus, toti ciuitati, uel pluribus etiam ciuitatibus, plurimum prodesse potest. Permultum etiam prouentus ad salutem tuam ac tuorum ex praedicationibus doctrinaque et exemplo virorum talium accrescet, fientque quotidie magis subditi tuj et in Deum religiosi, et in te pij. Sed quantae tibj iucunditati, quanto honori hoc erit, se et studiorum exercitium et talium religiosorum collegium instituisse, quod praesertim futurum sit, non solum hic in terra in tuj memoriam perpetuam, verum in coelo in tuam salutem et gloriam sempiternam.

Vale, dux optime, et christianissime, et me, obsecro, ama.

Cum utrumque exemplar, multis emendationibus castigatum,

in adversariis dumtaxat legatur, ignoramus quodnam sit primo exaratum, quove tandem idiomate epistola missa fuerit: forte gallico.


299

FRANCISCUS LEVOROTTI

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

EX MONTESERRATO, 10 JANUARII 1550 [1].

Quamvis Sti. Benedicti familiae nomen dederit, non idcirco imminutum esse, ait, suum in Societatem amorem.—Ab Ignatio in expeditione sacra, quam in Indiam cum sociis meditatur, suis consiliis, precibus ac interventu juvari cupit.—Sociorum, missionem expetentium, dotes et virtutes.



Molto R.do Padre in Giesù [2] Xpo.

Il quale per sua infinita misericordia sempre sia nostra guida.

Credo che il P. licentiato Araoz hauerà dato parte a V. R. perchè ueni a Monserrato [3]. Veramente mi parse essere chiamato

---

[1] Ex autographo in vol *Epist. Quadrim. 1547-52,* duplici folio, n. 12, prius 15, 16, antiquitus 4.

[2] Ms. saepius *Jesu.*

[3] Haec scripserat Araoz: «Mtre. Joan Francisco, el que estaba con el Sr. Nuncio [Poggio], allando que tenía echo voto de Montserrat, se partió oy para allá [3 Augusti 1547] con licencia y avn sentimiento del Nuncio: ama mucho la Compañía.» *Epist. Mixtae,* t. 1, pag. 392.

De Fr. Levorotti haec tradit P. CRUSELLAS, O. S. B., *Nueva historia del santuario y monasterio de Nuestra Señora de Montserrat,* pag. 408: «En este tiempo florecían en este Convento Religiosos de mucha suposición y letras, como Fr. Francisco Lebroto, lombardo. A la edad de veintiún años cayó malo y entonces entró en sí. Hizo ejercicios con los Padres de la Compañía de Jesús, entró de criado en casa del cardenal Poggio; mas no pudiendo tranquilizarse, echóse á los pies de un Crucifijo. Al momento oyó una voz que le dijo: *Non consolabor te, quousque ad Montem Serratum perrexeris.* Vino, pidió el hábito, y el abad Fr. Miguel Forner se lo dió en 1543 [lege 1548; id enim eruitur ex litteris P. Araoz: Forner autem bis abbas fuit: 1.° a 1542 ad 1545; 2.° a 1548 ad 1553.] Desde este momento fué muy consolado y dado á la oración. Sus ojos eran siempre dos fuentes de lágrimas, y como poseía muchas lenguas que enseñaba, movía sus discípulos á compunción y

del Signore: egli sa la causa. Ben so io non fu la causa perchè non me paresi infinitamente buona la Compagnia di Giesù, quale sempre tengo nel cuore, perchè certamente dipoi di Giesù le deuo la uita. Et bene lo conoscano questi frati di Monserrato, li quali mi tengono per uentura [per] più ignigista (come dicano) che per benito. Io non facio questa differentia, perchè, quanto seruir' al Signore, non importa. Ne ancho dico questo perchè alli boni non paia bene il bene: sempre in un gran campo de formento, se ui è alcuna gamba de loglio, non è maraviglia.

Penso certo che in quale si uoglia loco che sia, se trauagliauo per seruire al Signore, V. R. mi terrà per suo, et uorà bene. Ne altra opinione teneua san Benedetto et san Francesco. Gli animi, et non gli habiti, fano amare et odiar' le persone. Di questo basta.

Hora, accadendomi una necessità, ricorro [1] a V. R., come a mio Padre, perchè me raccomandi al Signore et me consegli con una sua lettera, perchè terò come cosa euangelica. Sonsi mosti alcuni de nostri Padri al desiderio de ire alla India del Perù. Io non sono inuentore primo, ne terzo, di questo bono desiderio. La causa [è] stata che hanno inteso gran necessità che ui è. Non scriuerò più particolare a V. R. di quella uedrà nella supplica a monsignore Poggio: scriue assai. Egli darà a V. R. parte. Con questa non uoglio altro supplicare a V. R., che raccomandi a Dio questo negocio, che, se è suo servitio, si ponga in esecutione: se non, non; et parendole bene, lo fauorisca con S. S.tà.

Io haueuo pensato et detto con alcuno di questi Padri non si facesse niente, non lo aprobando V. R.; tuttauia gli pare sempre si dia la supplica a S. S.tà, perchè faccia quello l' inspirarà Giesù nostro signore.

---

ablandaba sus corazones. Al partir para Vich el obispo Tocco, antes Abad, quiso llevarse á Lebroto, á pesar de su mucha resistencia; mas estando postrado este en una iglesia de Barcelona, oyó que una Imagen de María le decía: *Mene pro alio relinquere decrevisti?* Volvióse á Montserrat, dedicandose á confesar á los muchos italianos que venían á visitar á la Santa Imagen, donde hizo mucho bien. Llegó á la edad de setenta y ocho años, le fué revelada la hora de su muerte, y la noche de Navidad del año 1583 se fué á gozar de la vista del Señor.»

[1] Ms. *ricorre*... bis *raccomanda*... *nostri Padre*.

Le persone ueramente, per quanto ho sempre potuto conoscere, sono tutte buone [1], amiche della cella, di molta oratione et meditatione, di molta carità, appartate de queste temporalità. Li consentienti sono novi: 7 monachi, un heremitagno [2] laico et un donato, ancorachè nella supplica penso non serano tutti scritti per alcune cause: penso non uoriano essere scoperti, se il negocio non hauesse effetto. Persone di buena complexione sono il P. fra Benedetto Tocco [3] et io, che del resto sano sono [4], senon che alle uolte mi pigliano certi dolori: tutto è niente. Di dottrina mediocri, ben penso ui serano alcune più che mediocri, alli quali non se havemo voluti scoprire. Tutti l' hanno racomandato al Signore, et pare tengano desiderio grande. Io ueramente sono il peggiore, et come un coruo nelle colombe, anchora che me habbino fatto capo. Ho recusato tanto, che me uergognaua più recusare. Se è necessario, V. R. aduerta che più delli tre uoti, tutti tenemo uoto de perpetua inclusione, alcuni di uiuer nella montagna, altri di seruir' questa casa. Non lo scriuo al signor Poggio, pensando non esser' necessario, perchè, oblato maiori bono, cessat minus. Nostro Signore sempre sia con V. R. et con tutti.

Di Montserrato alli x di Genaro 1550.

Di V. R. seruo in Giesù Xpo.

† FRA FRANCESCO LEUOROTTI †

Inscriptio: † Al molto R.do in Xpo. Giesù Padre il P. M.o Egnatio de Logliola, preposito della Compagnia di Giesù, in Roma.

---

[1] Ms. *bone... amice... scorperti... sonno.*

[2] Sic, pro *eremita.*

[3] Multa ac praeclara de eo narrant annales O. S. B.—Carolo v, imperatori, et Philippo II, ejus filio, gratissimus fuit. Bis Montis Serrati abbas est renuntiatus (1556-1559; et 1562-1564) quo postremo tempore ad sedem vicensem, rogante Philippo II, evectus est. Postea, cum ilerdensem ecclesiam regeret, 9 Maji 1581 Montem Serratum tamquam visitator ingressus est. Tanto in eum studio ferebantur monachi, ut ab ipsis monasterii praeses electus, loco sui abbatis, fuerit. Quatuor continenter annos illis praefuit «hasta que la muerte le sorprendió en esta casa á 31 de Enero de 1585.» CRUSELLAS, *l. c.,* pag. 410.—«Abbatis Benedicti a Tocco et omnium Monachorum Montis Serrati in Societatem benignitas» laudatur a SACCHINO, *Hist. Soc. Jes.,* p. II, lib. II, n. 147.

[4] Ms. *siono...* bis *mediocre... Signori...* bis *neccesario.*

300

THERESIA REJADELLA
PATRI IGNATIO DE LOYOLA

BARCINONE 10 JANUARII 1550 [1].

Spem in Ignatio, secundum Deum, sanctimoniales collocatam habere dicit, cum a caeteris deserantur.—Attamen Gundisalvus Pérez bene eas sperare jubet.—Dolet quod tamquam *abbatissa* ab illo tractetur.—De valetudine Araoz sollicita est.

†
Jhs.

Muy Rdo. Padre mío en Christo.

La diuina potencia, sapiencia y bondad sea siempre y en todo con V. P. y con todos. Amén.

Charíssimo y amantíssimo Padre, no quería con la inportunidad de mis cartas dar pena á V. P., si todas le van con [2] nuestros queazeres, desconsiertos etc. Después del diuino fauor, tenemos esperansas en el de V. P. Aora de nuestra parte todos parece duermen ó que se ayan oluidado ó resfriado; y así emos de confiar de la verdadera charidad, avnque V. P. no tenga otra obligación sino ella mesma; que del serle yo tan esclaua, á mí me parece queda la obligación y razón de desear ser la más súbdita en alguna manera, como y quando sea más gloria diuina.

El secretario de su alteza, el señor Gonzalo Pérez [3], a enbiado estos días vna carta en respuesta de los negocios, dando muchas esperansas: no dize el cómo. En su escriuir muestra tenerme por abadesa; lo que yo no deseo, ni menos quiero, y quanto puedo y deuo, sin ofender á nuestro Señor, ni su diuina bondad lo permite por mis peccados, avnque á trabajos y afrentas tengo más ánimo que saber ni fuerzas, mas témome de mí y con razón, y á los otros. Dios nuestro señor se apiade de la tanta nesesidad desta

---

[1] Ex autographo in vol. B, duplici folio, n. 196, prius 164.—De rebus in hac epistola contentis, saepe in superioribus actum est.

[2] Ms. *si todas legan en...*

[3] Ms. *Gonzallo Peres.*

casa y poco conosida, y menos sentida de los que en algo pueden proueer; en fin, en donde ay muchos señores, ¿qué puede ser?

De nuestro R. Padre, el señor liçençiado [1], el Padre mosén Queralt puede dar aviso. Estamos en cuydado de sus corporales enfermedades, [las cuales] pienso [que tiene ó ha contraído] por su tanta charidad. Jesu Christo crucificado le tenga siempre y en todo de su mano, amén, para su mayor seruicio y prouecho de las almas. Amén.

La señora priora y todas besamos las manos de V. P. Ceso [2], rogando [á] la santíssima Trinidad tenga siempre á V. P. de su mano y á todos. Amén.

Hecho á x de Enero de 1550.

De V. P. sierua y esclaua invtilíssima,

REJEDELLA.

Inscriptio: Jhs. Al muy R.do Padre en Christo, mestre Inigo de Loyolla, prepósito general de la Companya de Jesús, en Roma.

301

CLAUDIUS DE COUDRETO

FRATRI SUO LUDOVICO

PATAVIO 17 JANUARII 1550 [3].

De pecunia ei transmissa.

†

La gratia et pace de Christo N. S. sia sempre nelli cuori nostri. Amen. Charissimo in X.o fratello. Inante hieri riceui una letera di messer Michel' Angelo, merchante venetiano, a noi mandata, nella quale scriueua andasti in Vinetia pigliar' ung mazo di lettere con certi dinari ui erano stati mandati. Esso

---

1 P. Antonius de Araoz.

2 Ms. *Seso.*

3 Ex autographo id vol. B, unico folio, n. 21, prius 54.

stesso giorno il R.do Padre don Elpidio [1] mi mandò là. Come fui dal merchante, lessi le lettre, per le quale intesi ci erano stati mandati 73 △ et mezo, come in alcune diceua, aciò potesse riscoter la detta summa. Gli monstrai la potestà che da noi mera stata fatta, et dipoi la carta biancha, da vostra mano signata. Prima, mi rispose che la potestà non ualeua niente, perchè bisognaria (come lei ci aueua admonito) esser stata fatta per mano de notario, et con testimonij. Secondo, mi mostrò una lettera scritta a lui da ung certo M. Claudio, per uia de chi sonno uenuti li denari, nella qual' era scritto che pigliasse linteresso de li denari, et che essi non li desse senza hauer doi chitantiae di mano de colui a chi ueneuano. Lui tamen mi disse, che, sapendo che eramo fratelli [2], sarebe contento se hauesse doi de quelle carte bianche signate de uossa mano, nelle quale poi faccesse io la riceuuta, altromente non poter dar li dinari; et aciò cognosesse la uostra mano, dimandò che gli lassasse quella uostra subscriptione, la quale cie lassai, straciata tamen tutta la carta biancha. Io ui prego, tanto presto che sarà possibile, scriuiati quel sauerà de far' per auer li dinari; et communicati col R.do Padre M. Ignatio che cosa se hauerà de far de gli detti dinari: perchè il Padre don Elpidio non li tocharà finchè sapia la uolontà de sua R.tia. Ad esso Padre et a mi parerebe bene che da cui inanti facesti uenir li dinari a Roma, aciò de cui non sauesse dandar tante volte a Vinetia.

Vi mando tutte le letere che a uostro nome ho receuuto. La nossa madre et il suo marito mi hanno scritto non altro, sinon de li dinari et de la loro sanità, et che attendesse sempre a far bene. Si uorrete gli scriua alcuna cosa, ui piacerà farmelo a saper'.

---

[1] Ugoletti.

[2] Tres erant in Societate fratres Coudreto (du Coudrey): Annibal, Ludovicus et Claudius, de quibus vide *Litterae Quadrimestres*, t. 1, pag. 120, etc. Ut autem haec, et quas postea afferemus ejusdem Claudii epistolae, recte intelligantur, prae oculis habenda est Ludovici ad Carolum, Sabaudiae ducem, epistola (vide supra, n. 298) in qua haec leguntur: «Nous [fratres scil. Annibal, Ludovicus et Claudius] avons destine ce peu de bien que nous avons a Salanche pour principe d' vn lieu a la dicte Compagnye, esperant que sera gran prouffit et salut des gens dycelluy vostre peys.»

Quando gli scriuerete, poterete auisarli come cua ci fanno pagar ung marcho per cento, che uerrà ad esser, coma dice il merohante, cerca ung scudo et mezo per gli 73 △; perchè io pense che da noi aueranno dato scudi francesi, aciò ci siano randuti scudi italiani. Non accade scriuerui altro, sinon che sempre pregate il S.or per noi.

Di Padoa a XVII di Genaro 1550.

Vostro minimo in X.o fratello,

CLAUDIO DE COUDRETO.

Id R.do Padre don Elpidio, per non far più graue il mazo, non scriue, maxime non auendo daltro auisar li R.di Padri, si non che per gratia di Dio tutti stiamo bene.

Inscriptio: † Al mio in Christo charissimo fratello, M. Ludouico de Coudreto, in Roma.

Alia manu: Recepi 24.a X.ris et respondi 25.a

302

CLAUDIUS DE COUDRETO

FRATRI SUO LUDOVICO

PATAVIO 31 JANUARII 1550 [1].

De negotiis domesticis, quae ut conficienda suscipiat, Sti. Ignatii sententiam rogat.—De pecunia a matre sibi missa.

Christus sit nobis propitius. Amen.

Accepi literas tuas, frater in X.o dilectissime, ad XV cal. Februarii datas, quas statim Patri domino Elpidio legendas tradidi, et cum eo de negotio transigendo contuli. Is igitur et ego, quam primum facultas data est, notarium adiimus, et eum, quem in ciuitate potissimum putaremus, cui rem totam apperuimus; etiam literas tuas ostendimus. Sed is, re diligentius considerata, respondit Patauii morem gallicum in conficiendis instrumentis ignorari: quapropter praestare, antequam ulterius progredi, Ro-

[1] Ex autographo in vol. B, unico folio, n. 23, prius 56.

-mam rursus ad uos scribere, ut a patriis notariis, quorum ibi magna copia est, minutam (ut aiunt) uestro modo dictari curaretis, ad cuius formam et exemplar instrumentum Patauii formaretur; quod ni ita fieret, facile fore, ut aliquid apud nostros controuersiae nasceretur. Non agam tecum hac de re pluribus: quid obstiterit, cur negotium non confecerim, et tibi quid agendum sit, uides. Postea quam, frater charissime, euenit, ut tecum per literas, priusquam negotium conficeretur, colloqui possem; quae res animum meum superioribus diebus nonnihil sollicitum tenuerit, exponere non dubitabo.

Cum me meaque omnia uoluntati Patris domini Ignatii propter Christum subiecerim, desiderarem et consentaneum uideretur, ut eiusmodi res, eiusdem Patris praecepto fieret. Nam, etsi scio illum a tua non discrepare sententia, sic habeto tamen, non tenuiter animum meum confirmatum iri, si tuae hortationi eius accedet praeceptum. In hoc sensu ad eundem literas dedi [1], quas, ut tuae preces adiuuent, fraternis precibus contendo. Cur id difficile fiat, non uideo. Quod de fratribus desperare te significas, etsi non tam difficile appareat, eos in Italiam paucis abhinc annis uel potius mensibus transferri posse, ea tamen omnia prudentiae tuae tractanda relinquo.

Superioribus diebus feci te certiorem de pecuniis a matre missis, easque, ut a mercatore seu trapezita illo veneto exigere possem, opus fore duabus schedis, manu tua subscriptis, qualem tu mihi unam reliqueras, eam uidelicet, in qua solum nomen tuum continebatur. Eas, si adhuc non misisti, ad me quam primum, si placet, mittes: et quod de pecuniis fieri uelis, admonebis.

Jesus Christus nos semper in suo sancto seruitio custodire, et cor nostrum in dies magis ad amorem suum excitare dignetur. Vale, frater, et me in tuis orationibus commendatum habe. Patauii pridie cal. februarias 1550.

Tuus in X.o minimus frater,

CLAUDIUS DE COUDRETO.

---

[1] Vide epist. sequentem, et annot. 2, epistolae superiori adjectam.

Significabis etiam utrum literas matris, quas ad te misi, acceperis, una cum meis.

Inscriptio: Al mio in Christo dilectissimo fratello, M. Ludouico de Coudretto, in Roma.

Alia manu: Respondi diligenter 8 Febr.

303

CLAUDIUS DE COUDRETO

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

PATAVIO 31 JANUARII 1550 [1].

Ad animae suae consolationem Ignatium rogat ut in transigendo negotio, sive donatione facienda, praeceptum ipsi injungatur.

†

La summa gratia et pace de X.o N. S. sia sempre con noi. Amen.

Penso la paternità uostra sapi quel me sia stato scritto questi giorni passati dal mio fratello, M. Ludouico. Et non hauendo io potuto al presente mandar l' instrumento, como essa poterà intender' dalle lettere, quale ho mandato ad esso fratello, mi a parso in questo mezo dimandar' una gratia da S. R. Dio sa quanto io iudichi esser utile all' anima mia spogliarmi de quelli pochi beni temporali, quali haueuo per beneficio de sua diuina maiestà, et de quelli disponer al beneplacito de la paternità vostra, sotto la cui obedienza desidero et firmamente spero perseuerar finchè a Dio piacerà liberarmi dalle miserie di questo mundo; et abenchè habi inteso la sua uolontà non repugnar' a quel mi è stato scritto, tamen con molto più grande consolatione de l' animo mio faria quello, et credo saria più stabile, se per commendamendo de la santa obedienza si facesse. Perchè prego S. P. si degni con doi parole commendarmi che faci quella donatione, qual uolontieri per uia d' obedienza desidero far': così questa gratia si adiungerà alli infiniti beneficii de V. R. uerso de mi: in commemorar'

---

[1] Ex autographo in vol. B, unico folio, n. 22, prius 55.

li quali potrei extendermi longamente nel scriuer', se osassi usar più parolle con essa. Solamente la pregarò si degni singularmente ricordarsi di me nelle sue sante orationi, come spero che fa, sapendo la mia necessità. Il Signor sempre cie conserui. De Padua al' ultimo di Jenaro 1550.

D. V. R. minimo seruo in Christo,

CLAUDIO DE COUDRETO.

Inscriptio: Al molto in Christo R.do Padre M. don Ignatio, preposito della Compagnia di Giesù, in Roma.

304

JOANNES MAZOCHO

PATRI JOANNI DE POLANCO

FLORENTIA 14 FEBRUARII 1550 [1].

Quemdam Societatis candidatum commendat.—Miris effert laudibus Jesu Societatem, cujus amicum et studiosum se esse profitetur.

†
Yhs. M.a, spes sacerdotum.

Divinum auxilium sit semper nobiscum. Amen.

Charissimo et honorando Mag., don Joanni Polanco. Sareti auisato per questa mia como alli [di] passati scrisi a Bologna al Rdo. M. don Francesco Palmio [2] di vno giouene millanesse, qual ho nome Alouise, di anni 20, ben nato, et ben eleuato et costumato, et di bona fama, per quello intendo de homeni digni di fede. Al qual giouine ho parlato, et mi dice, quando el fusse honor di Dio et salute sua, et contento del Rdo. P. M. Ignatio, et di tuti li altri Padri della Compagnia, che lui vorebe et desidera in tuto et per tuto di ponersi nelle mani et voler delli Rdi. Padri; et tuto quello li sarà comandato da essi Padri, si offerisse prontissimo a far la vbidientia, mediante la gratia del nostro signor M. Jesu X.° et le orationi di tuta la Compagnia. Per tanto

---

[1] Ex autographo in vol. B, unico folio, n. 213, prius 30.

[2] De eo multa POLANCO, t. II, pag. 52 et seq., n. III et seq.

V. R. potrà parlarne con il Rdo. P. M. Ignatio, et dar risposta di quello tanto ve inspirarà il Spirito santo, al qual remeto tuto questo negotio, insieme con tanti altri della vostra Compagnia. Non altro circa hoc.

Non ho potuto manchar di far quello tanto che mè auisato che io fazzia il Rdo. Mtro. don Francesco, cioè di scriuer a Roma di questo filyolo, qual credo chel signor Idio se ne habia da seruire et tuta là Compagnia, per esser lui molto al proposito dil seruitio di Dio; et abenchè io non sia della vostra Compagnia, ne may sia stato, et così dico a tuto il mondo. Et più io confeso et dico che quello poco di lume che io ho [1], tuto è tenebre in comparatione di quello tiene la vostra Compagnia, alla qual sono molto più obligato, che non sono a patre et matre et a tuto il mondo, per molte cause et ragioni, qual per il presente tacerò, per non parer esser adulatore.

Et perchè sapiati ogni cosa, io sono cascato qui in Fiorenze a sorte, doue per gratia di Dio ho ragionato con doi monasterij con molto loro satisfatione, consolatione, et con mouimenti grandi di voler incomenzar a seruir al nostro signor Idio, al qual sia perpetua gloria. Et mi occore a confesar spessime volte, doue io trouo li consilij, quali sono stati dati alle annime dal Rdo. P. M. don Jacomo, et dal Rdo. M. Andrea, et da voi, M. Joanni [2]. Io confermo ogni cosa, et dico a tuti che habino a seguir quello tanto che li ha monstrato Idio per megio di tanti honorandi Padri, lasando a tute le anime grandissima memoria della dolce Compagnia del Jesù. Et abenchè non sia mi in fatique, mancho ni opere di essa Compagnia, desidero però, doue saperò et poterò, di seguir, se non in tuto, in qualce parte tanti boni exempli et doctrina, qual sempre ho hauto da quelli; et abenchè sia indegno, desidero mi sia comandato da tuti li Rdi. Patri et vostri frateli. Tamen quando il ui occorese cosa che io potesi, mi offero in tutto, como indigno seruitor di essa Compagnia, alla qual mi racomando humilmente, pregandoui tuti voliati pregar Idio chel mi

[1] Ms. *che io ho io.*

[2] Memorantur heic PP. Jacobus Lainez, Andreas Frusius, Joannes de Polanco.

dia gratia di far la sua santa voluntà, et che al fine si trouiamo tuti in paradiso. Amen.

Non altro. Permanete nella dolce dilectione di Dio.

Da Fiorenza delli hospitale di S. Paulo, apreso a santo Pietro in porta Pinti, a dì 14 Febraro 1550.

Io don Joanni Mazocho, indigno amico della Compagnia di Jesù.

Inscriptio: Al Rdo. M. don Joanni Polanco, della Compagnia del Jesù, apreso a santo Marco in stra noua, a Roma. Di porto 2 baiochi, dui baiochi.

305

ANTONIUS DA MILLANO

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

FLORENTIA 15 FEBRUARII 1550 [1].

Societatis candidatus commendatur.

Jesus

Pater. Vno giouane, mio consubrino, quale è sano del corpo et de legitimo matrimonio nato, et non è stato frate in alchuna religione, ma è bene stato alleuato in Millano da vno secular homo veramente di santa vita, quale giouane sempre a desiderato di donarsi tuto senza riserua alchuna al seruitio del crocii-fixo; et intendendo del vostro bene proceder', a deliberato di sotometersi in tuto et per tuto alla obedienza di V. R. et de vostri fratelli. Per tanto vi pregamo quanto più presto darci risposta se lo volete acetar'. Il prefato giouane è di età di 18 o 19 anni, et non sa gramatica, ma bene lege, et è molto desideroso de imparar' lettere per poter' giovar' [2] al proximo, se poi a la R. V. li parirà. Al presente habita qua in Fiorenza al seruitio de

---

[1] Ex autographo in vol. B, unico folio, n. 210, prius 27.

[2] Ms. *xuar'*.

poueri infermi dell ospitale di Sta. Maria Noua, insema con esso meco, de la presente scritor'. Non altro. Pax vobis.

Da Fiorenza ali 15 Febraio 1550.

Di V. R. como bono fratello pto. frate,

ANTONIUS DA MILLANO,

confessor' in Sta. Maria Noua, vt supra.

In eadem pagina, manu domini de Rossi:

Rdo. P. M. Ignatio. Vi ricommando il detto giouene, il quale è molto honesto, et desideroso intrare nella Compagnia de Yhu. Quello si po fare, pregho V. R. non manchi per lamore de Yhu. Christo, et io lo metterò con laltri oblighi tengo con V. R. et con tutta questa Compagnia; et ricordoui che il spedale sta in otio.

Ricommandomi assai alla vostra oratione, et cosi mi ricommando al Rdo. M. Joanne Polancho, M. Gerolamo Ottello, et a tutti de casa.

De Fieronze alli 15 dottobre [1] 1550.

Per il vostro seruitore per Christo et indegno,

JOANNES DE ROSSI, alamanno, physico fierentino.

Inscriptio: † Al molto Rdo. M. Ignatio della Compagnia del Jesù, suo honoratissimo, in Roma.

Alia manu: Fiorenza 15 Febraro 1550. Jo: de Rossi et frate Antonio de Milano.

---

[1] Sic; at mirum sane videtur hoc scribi 15 Octobris ad roborandam commendationem datam Societatis candidato 15 Februarii; quare facile lapsum calami suspicaberis.

306

STEPHANUS CAPONSACCHI

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

MELDULA 18 FEBRUARII 1550 [1].

De suo tam corporis quam animae statu.

Postscritta o poliça.

Quanto al fatto mio [2], per gratia del Signor me sento assai bene del corpo, pur sottoposto al suo facil lapso, si niente il priuo del suo bisogno, o riposo, o consolation che ci voliam' dire. Quanto all' animo, nell' intender et interpretarse, et hauer' materia et mediocre da dir' et esshortar o conuersar' spiritualmente et familiarmente col prossimo, me par che non ne meritauo tanto da Dio, quanto poi a quel che più se exercita dentro, o è pasciuto nella consideration' de Dio e la sua bontà; ma quanto alla subiectione o pronta spiritual obedientia mia a sua diuina maestà, me par' esser' duro e trauerso, che etiam in danno mio recalcitro alla sua dolce motione, et non so quel che me c' hauer' a far', senon recorrer poi alla sua diuina misericordia e gratia, che venchi lei al fin' tanta mia rusticità e terrestreità, et la commuti in celestial vita e obedientia.

Altro non dirò, senon che me raccomando sempre alle sue orationi et di [tu]tti li Padri e fratelli.

Da Meldela alli XVIII di Febraro 1550.

Di V. R. indegno seruo in Jesuxo signor nostro,

STEPHANO CAPONSACCHI.

---

[1] Ex autographo in vol. C. unico semifolio, n. 190.

[2] «Frater noster Stephanus Capumsachus, cum ethica febre confirmata Meldulae laboraret, et mors illi certa immineret... ad Collegium... bononiense, ubi inter fratres mori optabat, deductus est; et 20 Septembris spiritum suum Conditori suo reddidit... post diuturnum morbum patienter admodum et cum aedificatione toleratum...» POLANCO, t. II, pag. 57, n. 127. Vide etiam quae de eodem fratre nostro tradit ipse auctor, *ibid.*, pag. 20-22, n. 36-41; et epist. ejusdem Capumsachi, *Litterae Quadrimestres*, t. I, pag. 194, 202.

Inscriptio: † Al molto Rdo. Padre in Jesuxo signor nostro, M. Egnatio di Loyola, preposito della Compagnia di Jesù, in Roma.

Alia manu: Arezzo xviij di Febraro 1550. Stephano Caponsacchi.

307

CLAUDIUS DE COUDRETO

FRATRI SUO LUDOVICO

PATAVIO 22 FEBRUARII 1550 [1].

Sibi religioni esse de bonis paternis, inscia sua matre, quidquam statuere.— De suis studiis: serio in graecas litteras incumbit.

Jhus.

Gratia et pax domini nostri Jesu Christi nobis perpetuo adsit.

Superioribus diebus, frater in Christo amantissime, nec Patris domini Polanci nec tuis potui respondere literis, propterea quod aliquantisper mihi (ut ipse admonebas) super iis, quae ad me scripta fuerant, cogitandum esse uideretur [2]; quae sane cogitatio, quam me iis omnibus diebus, ex quo tuas accepi, affecerit, atque animum distraxerit, non facile esset dicere. Imprimis enim obuersabatur animo quid Deo fuissem pollicitus; proponebam adeo mihi ipsius R.di Patris domini Ignatii merita in me maxima, quae uel sola, me ad id, quod uelle te agnosco, possent impellere. Huc tua accedebat hortatio, non magis prudentiae plena, quam fidelitatis, quae omnia et ejusdem generis alia summopere hortabantur, ut id sequerer, quod te fecisse quodque tu optimum me facere iudicares. Verum aliae mihi praesto erant cogitationes, quae non mediocri cura animum meum sollicitarent, de quibus te non celabo. Mihi quidem erat religioni quicquam, inscia matre, de paternis bonis statuere: propterea quod ex quinque fratribus mihi soli integrum non esse arbitrarer de patriis bonis agendi

[1] Ex autographo in vol. B, unico folio, n. 24, prius 57.

[2] Vide epistolas superiores Claudii de Coudretto ad Ludovicum, et hujus ad Sabaudiae ducem n. 298.

quicquid uellem, qui paucis ab hinc annis, ex patria proficiscens, perpetuam bonorum meorum donationem matri fecissem, hac lege, ut quotienscumque in patriam remeassem, mihi ea repetendi facultas daretur. Quam donationem nec sine matris consensu, cuius naturam et ingenium nosse te non ambigo, reuocare, neque me satis pie id facere posse existimaui, non ignarus quid inde mali posset prouenire. Hac cogitatione a pristina sententia retardatus, facturum me operae pretium arbitratus sum, si, priusquam negotium conficerem, literas ad matrem darem, et quid mihi faciendum esset, in animo explicarem, peteremque ab ea, id ut mihi per se facere liceret: sic demum me et officio et pietati satis esse facturum. Quapropter patiare quaeso, frater, ut, priusquam ulterius progrediar, matrem de re hac faciam certiorem, quae cum mihi responsum dederit, quid mihi faciendum sit deliberare et ad interrogata respondere potero. Interea, frater charissime, ex tuo more assiduas ad Deum preces funde, ut me in suo sancto seruitio custodire ac confirmare dignetur.

De meis ad te studiis nihil aliud scribo, quam mihi his demum cineralibus Dei optimi beneficio, serio in literas graecas incumbendi copiam factam: et quod Lazarus, publicus professor [1], pristinam receperit ualetudinem, quodque de P. D. Polanci sententia iuuenem quemdam bononiensem nobis conciliauerimus, qui nos, prout potest, benigne ac perhumaniter docet. Quare enitar daboque operam ut ne hoc mihi e manibus frustra tempus elabatur. Vale. Patauii VIII cal. martias 1550.

Tuus in X.o minimus frater,

CLAUDIUS DE COUDRETO.

Inscriptio: Al mio in Christo amantissimo fratello, M. Ludovico de Coudretti, in Roma.

---

[1] Hujus viri mentionem faciunt *Epist. Mixtae,* t. I, pag. 588, n. 3.— Hic porro erat «Lazarus Bonamicus Bassianensis, litterarum *Graecarum* et *Latinarum* explicator celeberrimus» de quo agit RICCOBONUS, *De Gymnasio patavino commentariorum* lib. I, cap. 16 et lib. III, cap. 32, in opere GRAEVII *Thesaurus antiquitatum et historiarum Italiae,* tomi VI pars 4.

308

STEPHANUS CAPONSACCHI
LUDOVICO COUDRETO

BONONIA 19 MARTII 1550 [1].

Aegrotus aegrotum solatur, desumpto ex divo Paulo argumento.

Pax tibi, mi frater, et iterum pax Jesu, quae exuperat omnem sensum, semper sit semper tecum.

Te, quem nec visum noui, et vix notum amaui, et mox velut per transennam visum, notum et allocutum, plurimum dilexi, et nunc absentem corpore, praesentem autem mihi corde saepe recolo, nomino et diligo, paucis his alloquar, inopinatas salutes mittam, solatium, si quid esse potest ab languido, fratri aegroto praestare tentabo. Nihil est, mi frater, quod (si Deus velit nos pati) pluris faciamus quam animi corporisque iactationes; his enim et ad necessariam pugnam introducimur et exercemur, quae continua est omnibus in terra viuentibus, his interiori homine roboramur, his, similiores capiti nostro effecti, victoriae ingentia praemia (prout in exercitiis habetur) speramus: his, ut ad nos redeam, virtus perficitur. Non tua necessitas sed humanitas tua dixerim modo mihi, ruditer et inconcinne loquenti, scribendi ansam praebebit; vnde et liberius quam mea fert humilis conditio et indocta cognitio, veluti conniuenti haec exarabo. Virtus, inquam, Paulus inquit, in infirmitate perficitur [2], aut potius Paulo, stimulum suae carnis auferri a Deo oranti, Deus respondit et inquit: sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Quem carnis stimulum sibi auferri petierit, decertant plurimi, et adhuc sub iudice Deo lis est et sit. Nos tamen hic pro tempore stimulum carnis corruptionem eius ad propositum nostrum intelligamus, de qua paulo ante dixerat quod gloriari non expedit in hac substantia gloriae, tum quia non pulchrum est mortales, fletu potius dignos quam laude, celebrari, tum quia uel in ipsa gloriatione sua homo carnalis deficit: vnde et Salo-

[1] Ex autographo in vol. B, unico folio, n. 200, prius 60.
[2] II AD COR., XII, 9.

mon ait, quod sensum multa cogitatione affligere atque deprimere terrena inhabitatio solita sit, vt et Paulus praedicta verba multis reuelationibus sibi factis subiungens, contestari videtur propter quod datus stimulus, etsi ante ipse dicat sibi dari, non sibi accidere, nihil tamen prohibet ad eamdem res plures aduentare causas quasdam naturales, praeter has et alias. Si igitur hic ponamus cum aliis opinionibus (quae omnes diuersis rationibus et causis verae dici possunt) et hanc nostram, vt pro stimulo carnis suae Paulus insinuet corruptionem terreni corporis, magis uel minus aut diuersimode deficientis, pro varietate internarum aut externarum corporalium aut spiritualium virtutum et causarum, vide et quam vera sit sententia illa (ut simul et hinc sumas non mediocre solatium taedioso prolixitate morbo) qua dictum est a Deo: virtus in infirmitate perficitur; sequitur enim post: libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. Hic primum ad vocem et voluntatem Dei mutatum et totum pacatum Paulum sentis, quem prius totum inquietum et implacidum terna petitione amotionis stimuli fuisse probatur. Deinde considera eum, qui prius infirmitatem detestabatur, ut indigne spiritum suum cruciantem et retardantem, nunc infirmitate, ut necessaria et valde proficua, gloriatur, et libenter excipit atque laetatur. Quae tanta mutatio voluntatis, aut unde tanta virtus mentis Pauli, qua et probet et eligat, quod improbabat et fugiebat? Ex eo plane, quod illi dictum est: sufficit tibi gratia mea. Quare? Quia, quod per te nescis et nequis, ego Dominus tibi dabo. Cum enim neque volentis neque currentis sit recte currere et ad veram perfectionem spiritus tendere, misericors et sapiens Deus concitatam non rectam voluntatem et intentionem per infirmitatem seu impotentiam remoratur et instruit, regit ac dirigit ad verum sui cursus finem. Sane nec impotens est Jesus vt uel in emortuo corpore suscitare spiritum suum possit; nec auersus, ut nolit. Potest et vult; et quia uult, ideo disponit ut accipiatur et agnoscatur; in qua quidem receptione et cognitione sumus, et securus status est hominis in hac vita, si rite exemplo et doctrina multorum coniicere possumus; et quidem spiritus Christi est quo vita nostra, siue anima et mens, vere viuit, quo

crescit et roboratur; at noster est spiritus impellens parietem, dissipans leges, morti destinans atque condemnans, quod ex admonitione Dei praesentiscens Paulus, quia scilicet, ex inhabitatione spiritus Christi Jesu noster rectificetur, id est, sapienter simul et potenter agat quod est virtus eius. Libenter, inquit, gloriabor in infirmitatibus meis, eo videlicet, ut inhabitet in me virtus Christi; et haec gloria vera et secura erit, quia in Domino non in carne.

Pluribus alias, si opus fuerit, de utilitate aut potius necessitate infirmitatis dicemus: nunc illud superest dicendum, nempe D. Franciscum Palmium quosdam libros ad te mittere, et omnes hic fratres se tibi plurimum commendare, praesertim P. Pascasius [1] et ego, frater, nominatim commendamus nos et tibi et orationibus tuis. Vale et spe gaude in domino Jesu.

Bononiae xviiij Martii 1550.

Charitatis tuae humilis seruus et frater in X.o Jesu,

STEPHANUS ARETINUS [2].

Inscriptio: Al mio charissimo et honorando in Jesuxo signor nostro fratello, M. Ludouico Codruetto, in Roma.

Manet vestigium sigilli.

309

JOANNES DE ROSSI
PATRI JOANNI DE POLANCO

FLORENTIA 29 MARTII 1550 [3].

Epistola officiosa, humanitatis plena.

† Yhs. Maria.

Rdo. in Christo Padre mio osseruandissimo, salutem. La compagnia, quale V. R. mi mandò, mi stata gratissima, et desidero

[1] P. Paschasius Broet.

[2] Aretinum se nominat, quia Aretium *(Arezzo)* illi patria erat. POLANCO, t. II, pag. 20-21, n. 36-38. Vide epist. superiorem, n. 306, pag. 359.

[3] Ex autographo in vol. B, unico folio, n. 211, prius 28.

V. R. mi visite spesso con tal guadagnio, che ui sarò obligatissimo [1]: et così ui preghio che mi ricomandiate al mio P. Rdo. M. Ignatio, a cui orationi assai mi offero, et pregho che mi tiengha fornito il spedale, doue io sono spedalingho per commission' del signore Iddio et sua Rtia., quale tengho sempre a stantia loro della Compagnia de Yhu., comune a tutti benefattori de quella Compagnia, et tutti Padri et figlioli, et tutti quelli, quali chiederanno in nome del bono Jhu., et per parte del Rdo. M. Ignatio et della Compagnia. Così vi pregho ambidue et tutta la Compagnia, che voi ui recordiate de me: mandarme spesso guadagnio, et dire a M. Gerolamo bolognese, benefattor' della Compagnia, che sami male, che non habbi preso sicurtà dello spedale suo et vostro in Fierence, et io non ho potuto parlarlo, che alla tornata si lassi reuedere, come fanno tutti questi della Compagnia, et a lui V. R. mi ricomandi pur assai assai. Della mia venuta non posso sappere, perchè li mei facende sono de tal sorte copiose, che non sono patrono de me: por tanto io pensauo doppo paschua partirmi, se altro non vene. Iddio dispongha in me la sua santissima volontà.

Don Lorenzo Dauidico molto si ricommanda a M. Ignatio et a tutta la Compagnia, che certo è homo singulare nella sua predica, et è tutto spirito: harei charo che voi lo cognoscese, perchè è molto affectionato alla Compagnia.

Le corone sono venute, et molto vi ringratiamo a V. R.; et così io et la mia consorte [2] con tutta la mia famiglia ce ricommandiamo alle vostre oratione feruente, et a tutta questa Compagnia. Non altro.

Dio sia sempre nel animo et nostro cuore.

De Fierenze alli 29 de Marzo 1550.

De V. R. seruitore in Christo et indegno de serui de Yhu.,

Joannes de Rossi, alamanno.

---

[1] Joannes de Rossi medicus erat, Florentiae degens, apud quem nostri diversari soliti fuerant. *Litterae Quadrimestres,* t. 1, pag. 33, 41.—De eo haud semel agunt *Epist. Mixtae,* t. 1, pag. 476, 488. Vide etiam in hoc vol. epist. 305 et 314.

[2] Maria Pantasilea.

Inscriptio: Al molto Rdo. in Christo, M. Joanni Polanco, della Compagnia de Yhu., suo padre sempre in Christo osseruandissimo, in Roma, a Sta. Maria della Strada.

310

ARNOLDUS CONCHUS
PATRI JOANNI DE POLANCO

VENETIIS 29 MARTII 1550 [1].

Suum ac sociorum iter Venetias usque enarrat.

Gratia et pax domini nostri Jhesu Xpi. sit nobiscum semper ac crescat in cordibus nostris.

Non lateat V. R., Polance Pater in Xpo., quod satis omnia pro animi nostri sententia in itinere successerint, ac praeter spem nichil, quod non tolerabile sit, euenerit, de quo summo Deo Christo Jhesu gratias agere tenemur, et praecipue de his rebus, quae ad nostram et proximi salutem attinent. Vt ergo ad ea, quae dicere et scribere proposui, deueniam, primo dicam, cum quanta audacia praedicauerit noster in Xpo. frater Laurentius in Terni, qui se in hoc multum mortificauit, et homines etiam aedificauit admirantes illius juuenis audaciam. Ego vero praedicaui, Christo ita ordinante, in Nerui ciuitate, vbi relligiosi et seculares cum feruentissimo studio et arrectis auribus auscultauerunt verbum Dei. Verum parum immorati sumus in hac ciuitate, quia statueram etiam praedicare in Spoletto, quo cum venissemus, occasionem praedicandi nullam inueni, nam totus populus, imo quasi maxima pars, erat in ecclesiis, et paucos vidi vagantes in foro (quod et multum michi placuit); erat enim dies dominicus, et nos statueramus etiam communicare (vti factum est). Neque ibidem tempus nostrum terere visum michi fuit, sed vlterius in Foligni accessimus, ad quam ciuitatem cum peruenissemus, de itinere fa-

[1] Ex autographo in vol. B, sesquifolio, n. 191, prius 52, 53.—Cf. epistolam Laurentii Busnardi, *Litterae Quadrimestres,* t. 1, pag. 185, annot 1. Ut legenti statim apparebit, auctoris hujus epistolae grammaticam servavimus, nulla prorsus facta immutatione.

ciendo consuluimus. Itaque percepimus a nonnullis nos posse ire in paucioribus diebus Anconam quam Pesarum, meliusque et commodius posse inueniri barcam in Ancona quam in Pesaro: quod cum intellexissent fratres, virginem Christi Matrem inuisere expetebant. Considerans ego eorum petitionem fore justam (inito inter nos consilio), iter versus Lorettam facere delibe-rauimus: cumque eo peruenissemus (facta primo salutatione ad Virginem), aduertentes nos quôque esse peregrinos et pauperes, hospitale accessimus ac ibidem pernoctauimus; sed dici non potest quantis gaudiis perfusus sum, cum viderem ibidem tot peregrinos de variis nationibus congregatos in Christi nomine, considerans praesentis seculi peregrinationem, etc. Mane autem, audito sacro et finito officio, cum discessuri essemus, percunctatus est quidam S. M [1]. canonicus cuiusnam ordinis essemus? at nos respondebamus esse de la Compagnia de Jhesu de Roma: quod cum sentiret, ilico inuitavit nos ad prandium, et ad refectorium, vbi omnes canonici, aut saltem maxima pars de Loretto, conueniunt et comedunt, conduxit, a quibus non parum aedificati sumus, considerantes eorum sobrietatem, tum etiam morum et vitae honestatem, et quod super omnia laudabile est in Christi fratribus, videntes charitatem, quam tum erga nos, tum erga ceteros pauperes gerebant. Rogabant insuper quidnam ageret Rdus. in Xpo. P. Ignatius, quid Pater don Diego [2], quidue alii Patres, quorum nomina pro tempore michi non occurrunt, ostendentes sese esse studiosissimos nostrae Societatis amicos. Petebant quoque num aliquo indigeremus; respondentibus nobis nichil opus habere quam gratia Dei.

Eodem etiam die multa perpessi sumus euntes versus Anconam, semper descendentes et ascendentes colles per loca lubricosa et lutosa, perque paludes vsque in multam noctem, et hoc quia non erat diuersorium, quo potuissemus nos conferre; in quo itinere Laurentii [3] patientiam probe expertus sum, flebat enim

---

[1] Sanctae Mariae (?).
[2] Didacus de Eguía.
[3] Laurentii Busnardi.

occulte, lachrimans partim quia ceciderat in aquam, partim quia nox erat, partim quia pedem ad quamdam virgultam siue truncum offenderat. At ego semper dixi confortando illum, quod plura pro nomine Xpi. patienda essent [1]. Itidem et Johannes [2]. De noctu in hospicium deuenimus, et interea dum nos calefaceremus et vestes siccaremus, ipsum hospitem cum vxore et seruo, quem carnes edere dicebant, ac etiam omnes ibidem existentes ad confessionem et jejunium exhortabamur: hospes cum hospita et seruus promittebant, quod Deum deinceps prae oculis haberent, et sese confiterentur. Sequenti die Anconam profecti sumus, euntes primo ad quaerendum regnum Dei, et postea ad portum nos contulimus, in quo duos aut tres nautas repperimus, qui paruo precio nos conducere promittebant Venetias, si non fuisset (vt eorum more loquar) fortuna in mari. Illic quatuor cum dimidio diebus morati sumus: nimirum nec mari propter tempestatem, nec terrae propter aeris ingratitudinem et viam valde lubricam et lutosam, tutum erat se committere: delibero quid faciendum: inspiratus tandem a bono spiritu, Laurentium ad forum praedicandum mitto; ego vero prope bursam ad euangelizandum vado, vbi quamplurimi mercatores, rustici, et de longe thurci verbum Dei audiebant, clamaui altissima voce, quod non esset alia salus quam in Christo Jhesu; et hoc propter turcos, qui terga vertebant, et audire recusabant. Mercatoribus dixi diuitias eorum esse putrefactas, et quod poenitentiam agerent, quia iam annus sanctus esset, et quadragesima, etc., vsque adeo quod, finito sermone, quamplures vltro obtulerunt michi pecunias; at ego recusabam: inter quos erant duo vel tres, qui, me inuito, bis terueque recusante, denarios in pileum michi proiecerunt, clamantes aliis post nos et offerentes pecunias, ex quibus denariis, veniens quidam mendicus in eorum conspectu ad me, petens eleemosynam, partem dedi; de quo facto admirabantur. In foro quoque secundario praedicaui, astante multa hominum caterua. Tertia et vltima vice cum sermonem facerem, circumstante ma-

---

[1] Ms. *esset.*

[2] Joannes Gambari.

gna hominum tum relligiosorum, tum etiam laicorum, multitudine; et cum finiuissem, rogauit quidam indignatus sacerdos, quisnam dedisset nobis aucthoritatem praedicandi, currens post nos et clamans non cessauit interrogare cuius auctoritate (vt dixi) praedicaremus; at ego dixi: Nonne licet euangelizare verbum Dei sui creaturae? quid vis de nobis? Si ita tibi visum est, eamus ad vicarium et audiamus quid ille nobis dicet. Dicentibus hominibus, non est quod curetis hunc hominem, quia ipse aliquando etiam praedicat ad habendos quattrinos; quod nos non fecimus, quia cum saepius obtulissent, recusauimus; ita ipse reliquit nos in pace, et aliquando obuiam factus, ne verbum quidem fecit.

Praetereuntibus desuper nobis nonnullas mulieres, forsitan impudicas et a maligno spiritu instigatas, clamauit vna earum post nos dicens: ecce hypocritas, addiditque aliud turpe dictu verbum, quod propter honorem non explico; et hoc quia nolebamus diuertere siue hospitari in domo siue hospitio eius (eramus enim ibidem conducti blandimentis et verbis leuibus ab homine quodam, cuius notitiam non habebamus, qui lucri causa in portu expectabat homines, vt ad hospitium inuitaret). At nos flocci fecimus mulieris contumelias; ibamus enim gaudentes, quod propter nomen Xpi. digni habiti eramus contumelias pati [1].

Tertio siue quarto die cum vltimo praedicassem, venit ad me quidam homo, qui dicebat se fuisse olim hebraeum, sed postea baptizatum, quique vxorem cum filiis in Neapoli sese habere asserebat, atque ob perditam ingentem pecuniae summam ad magnam desperationem deuenerat; eoque peruentus erat, vt Christum Jhesum negare deliberauerat, vtebaturque judaeis quottidie familiariter, et praecipue suis parentibus, qui eum ad hoc impellebant, vt fidem abnegaret, quam acceperat. Is, dico, ad me venit, afflatus a bono (vt aiebat) spiritu, et compunctus verbis Christi, a me indigno prolatis, inquit: O Pater (explicans michi causam ante dictam) quid aggrediar? quodue consilium capiam, vt animam saluem? Ego, si tibi placet, sum paratus sequi te, et plangere peccatum meum. Sed ego, petens primo a Christo quid-

[1] Act. Apost. v, 41.

nam huic homini responderem (quoniam a nobis nichil boni habemus), respondi: Vade, fili, et confiteri peccatum tuum cum contritione et dolore, et redi ad vxorem tuam et ad filios, et Dominus sine dubio te enutriet. Replicauit praeterea, dicens: Pater, ego velim fugere conspectum istorum hebraeorum, qui quottidie me vexant vt Christo renunciem, et non habeo denarios: si saltem haberem vnum jul[ium], ego me subducerem et ad vxorem redirem; sed verecundia prohibet redire sine pecunia. Audiens ego istius hominis animum, quem habebat aduersus Christum, paupertatemque eius perpendens, subito, vna cum Johanne nostro fratre (sumpto consilio) quid super hac re faciundum foret deliberauimus: conclusum tandem est, vt mendicaremus pro isto homine, ego in foro et juxta bursam, Johannes autem alio in loco, et totam eleemosinam, quam acceperamus, huic homini dedimus, qui promisit, porrecta michi manu sua dextra, se velle confiteri quo posset citius, et redire per Romam in Neapolim ad vxorem et filios. Ob quam rem V. R. cum omnibus fraterculis Christum precibus et vigiliis vestris efflagitabitis, quatenus hic homo dignam pro peccatis suis poenitentiam agere valeat, et vt fortiter in fide maneat, agendo Deo gratias, qui peccatorem quasi obstinatum ad poenitentiam vocare dignatus est.

Tandem, videntes nos iniuisse gratiam cum aere, ascendimus quandam nauicellam, cum qua deuenimus in portum appellatum Synogallia [1], vbi cum venissemus, male valuimus propter maris insolitum aerem. Nam quamuis jeiuno stomacho intrassemus in barcam vt vitaremus vomitum (quia Christi sacrosanctum corpus acceperamus eodem die mane), conquassata enim erant omnia nostra viscera, et coleram multam eiecimus : nec ipsum vomitum cohibere poteramus. Ad hospitium vesperi accessimus, et hospitem (qui carnem edebat, et quod plus est, palam profitebatur cum suo seruo se comedisse multo tempore) ad hoc deduximus, vt promitteret se non velle posthac comedere : quod tamen vix credidi, quia dura ceruice homo videbatur. Similiter et seruus, qui de Suetia oriundus erat, vbi mater haereticorum est, etc.

---

[1] Pro Senogallia, *Sinigaglia.*

Die sequenti (existentibus nobis in templo) petiit quidam canonicus synogalliensis, nuncupatus Nicolaus Mancius, juuenis pius et multum spiritualis, dicens : Precor vos propter Christum vt michi dicatis de quo ordine estis. Respondentibus nobis esse de la Compagnia de Jhesù : oro, inquit, propter Christum, vt non dedignemini mecum prandere. Nos parati et contenti cum ipso pransi sumus. Is (habitis multis vltro citroque de Societatis laudibus verbis) omnem suum, quem habebat, erga Societatem animum totaliter explicuit; speratque et ipse relinquere omnia et sequi Christum (diuina adiuuante gratia) in vera paupertate, castitate et obedientia. Super haec pollicebatur michi illa eadem (cum Romam venerit), quae michi dixit, vobis communicaturum, etc. Cum isto mansimus toto illo die propter nimiam pluuiam et aquarum inundationem. Denique videntes maris inquietudinem, pedestres iuimus vsque in Pesarum, in qua ciuitate nichil morati sumus, sed vlterius vsque ad hospitium ambulauimus, exhortantes semper hospitem ad bene agendum, quod et feci in omnibus hospitiis quasi, et locis, quo veneramus. Plurimos inueni in Romagna, qui manducabant carnes, quibus dixi : Si secundum carnem vixeritis, morte peribitis [1], etc. Plures etiam repperi, qui aiebant se non esse confessos, promittentes no[bis] confiteri, etc. In campis verbum Dei annunciauimus pastoribus, quos confortaui per hoc, quod Christi natiuitas non regibus et ducibus, sed pastoribus manifestata fuit, ex quibus nonnulli manducabant carnes : illi similiter vt christiani b[oni et] veri viuere decreuerunt.

Quid multa? Illud quoque silentio non praeteribo, quod cum semel in quodam hospitio essemus, vbi juuenes alternatis vicibus de mundi vanitatibus cantabant et sonabant, alter alteri respondendo, qui dulcedine cantus alliciebant alios juuenes praetereuntes diuersorium. Quod videns ego, altissima voce clamaui, dicens : O caeci, caeci; nunc tempus cantandi, nunc tempus sonandi? Vae vobis, etc. Nunc, dico, tempus poenitendi, etc., de modo, quod hospes jussit auferri liram, siue instrumentum musi-

---

[1] Ad Rom. viii, 13.

cum, et prohibuit ne amplius sonaret filius, sed desisteret omnino. Tota domus cum ceteris juuenibus conuersi sunt, et doluerunt de peccato, et de futuro cauere proposuerunt.

Transiuimus vlterius ad Rhiminum, de Rhimino vsque Rauennam, rursumque spe frustrati per loca inhabitata, plana satis sed aquosa, vlterius processimus, perque portus maris ibidem vicinos etiam multa perpessi sumus : quottidie etiam soluere habebamus medium julium ad transnauigandum flumina et paludes; bis etiam fecimus Bethlehem, id est, dormiuimus in feno, cooperti feno, et ventus flabat ab omni parte. Itaque vere diceres, si vidisses, esse Bethlehem, in quo etiam delectabamur. Eleemosynam petiuimus ad mortificandos nos, et etiam de necessitate: factus etiam obuiam Ferrariae dux [1], qui tres julios nobis dedit. Postea paucas eleemosynas petiuimus, quia non erant nec castella nec domus, vbi potuissemus quid petere. In die enim vix duas domos inuenimus. Venimus tandem in ciuitatem, quae vocatur Chioza (quae ciuitas distat a Venetiis quindecim millibus passuum); itaque vicesimo quinto Martii vesperi salui appulimus Venetias, Christo ita disponente.

Secundo vero die post aduentum nostrum Rdus. Pater D. Nicolaus Gaudano cum duobus fratribus sani etiam et incolumes (Deo duce) Venetias peruenerunt, vbi non veluti hospites et aduenae a Rdo. D. priore Lippo[mano], sed veluti filii in Christo charissimi accepti sumus. Nos hic moram trahimus per obedientiam, quoadusque Rdus. D. prior nos Padoam mittat. Et ne fabulam narrare videar, prolixitatem mearum literarum in Dnum. Nicolaum Gaudanum reiiciam, cui cum ista praedicta et alia narrassemus, voluit vt Romae fratribus illa etiam innotescerent; antea enim scripseram vnam schedulam de itinere saltem et de aduentu nostro, quam etiam mitto.

De valetudine pauca habeo quod dicam, nisi quod recte in Christo valemus, qualiter et vos omnes valere existimamus, excepto quod diuturnum iter et inconsuetus labor Johannem Gambari penitus demacerauit. Laurentii constantiam et patien-

---

[1] Hercules de Este.

tiam explicare non valeo. Ego (laus Christo) et corpore et anima cum Christo valeo.

Vale in Christo semper; dicesque omnibus nomine nostro plurimam salutem, cupientes V. R. et aliorum fratrum orationum et vigiliarum participes fieri.

Laus Jhesu Xpo.

Venetiis anno Domini 1550, mensis Martii die 29.

Arnoldus Conchus [1], vester in Christo frater.

Intelliges, candide lector, quod has literas tam prolixas non misissem, nisi cogitarem fratres legentes nouo gaudio perfundere, quod Christus tantam gratiam dat suis seruis; et si velim cuncta scribere, veluti Dnus. Nicolaus michi praecepit, vix integrum papirei folium (quae scribere velim) caperet. Sed tamen ista, quamuis confusa sint, aeque bonique consules, ac ad laudem Christi suscipies.

Inscriptio: Rdo. Patri D. Polanco de Societate Jhesu, in santa Maria de la Strada. Romae.

311

ANTONIUS BRANDÃO

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

GANDIA 10 APRILIS 1550 [2].

Iter quinque sociorum e Lusitania Gandiam versus.—Academicos gradus adipiscuntur.—Simone Rodericio iter romanum ad aliud tempus differente, in Portugalliam revertuntur.

†
Jhs.

Cauato de vna litera del P. Antonio Brandão, *scritta in* Gandia a 10 de Aprile de 1550 *al Generale de la Compagnia de Jesù.*

---

[1] Hic Arnoldus ille esse videtur, quem in *Litterae Quadrimestres,* t. 1, pag. 234, 507, etc., *alium ab Hezeo* nominavimus.

[2] Ex transumpto coaevo, in vol. B., duplici folio, n. 198, prius 154.—Quaedam emendavit aut addidit Polancus, quae nos *italicis* characteribus excudimus: alia ab ipso immutata, utpote nullius momenti, romanis litteris eduntur.

Gratia et pax etc.

Sommo partiti di Portugallo del collegio di Coimbra a 5 [sic] de Jenaro, il giorno della Epiphania con grande sentimento delli fratelli, che quasi tutti piangeuamo. Nientedimeno secundum partem superiorem laudauano il Signor, che ne habbia fatta questa gratia d' andar a veder la R. V., tanto desiderata da tutti, et fra pochi giorni arrivassimo in Spagna a vna città che si dice Città Rodriguo, doue, dimandando la elemosina, siamo andati al hospitale, et quiui siamo stati visitati da molte persone nobili, le quali parlando delle cose del Signor ne hanno fatto compagnia insino a mezza notte, et noi ne siamo offeriti di confessarli a la matina, et il P. don Gonzalo [1] fu pregato molto che predicasse, et l' ha fatto, et tutti hauemo sentito le confessioni de molte persone deuote. La predica fu nel medessimo hospitale, et si congregoronno tutti li nobili, tra li quali vna marquesa con la matre sua, et restò molto afficionata ala Compagnia. Alcuni siamo andati a visitarla, et li hauemo datta larga informatione della Compagnia. Tra li altri, tre canonici ne hanno visitato, et hanno fatto grandi offerimenti: ho sperança que seranno della Compagnia: sonno humili, nobili et richi: presto andaranno in Roma. He molto desiderata la Compagnia in quella città: siamo stati hun solo giorno liui, et si fussimo stati più, si farebbe grande frutto. Hun capellano del hospitale si he mosso molto per essere dela Compagnia, et piangeua la nostra partita.

Doppo semmo venuti a Salamanqua, doue trouassimo il doctor Torres con 8 o 9 fratelli, con li quali ne siamo consolati in Domino. Di Salamanqua *andassimo in Avila,* [2] doue trouassimo grande dispositione per la Compagnia: massime huno huomo

---

[1] Gonzalvus de Silveira.—Porro e Lusitania Gandiam petebant socii quinque: Silveira, quem diximus, Joannes Couvillon, Georgius Morera, Lupus Leyton et auctor hujus epistolae Antonius Brandon. Vide POLANCO, t. II, pag. 131, n. 317. Qui omnes magisterii gradus adepti, in Portugalliam rediere.

[2] Scriptum prius fuerat *Alcalá,* sed emendavit Polancus. Is in suo *Chronico,* t. II, pag. 131, n. 317, scribit: «Et cum Complutum ire vellent, per Abulam iter fecerunt, ubi magna nivium vis quatuor vel quinque dies eos detinuit.»

molto virtuoso, che si dice Fernandaluarez d' Aguila, huomo nobile, del quale si ha molta opinione, resoluto per essere dela Compagnia, et con li voti fatti: si simiglia molto nella afabilità et desiderij verso la Compagnia al Sr. duqua di Gandia. Qui predicò il P. don Gonzalo con molta satisfatione.

Hauemo fatta questa strada per uisitar' la marquesa de las Nauas [1], zia dil ducha di Gandia, la quale he molto afficionata ala Compagnia. Trouassimo tanta neue per la strada, che veneua sopra li ginochi quasi per 90 miglia. Arriuati a casa della marquesa, fussimo receuuti con grande alegrezza, como di matre. La magior parte de la casa sua si he confessata, et desidera molto esser' informata della Compagnia, et li hauemo satisfato: ne ha pregato molto la vogliamo pigliar' per sorella: ha predicato vno delli Padri. Vno delli suoi figlioli se voleua venir con noi, ma era picolo, de 13 anni: vna delle figliole diceua che, si fussi huomo, ne douerebbe seguitare et farsi della Compagnia. La marquesa in quelli duoi giorni mai s' è partita di noi: quando volessimo andar', ne ha voluto dar' dieci duquati et certi fascoleti, et non hauemo voluto pigliar niente: per forza ha fatto venire vn huomo con due bestie che ne conducesse insino a Alcala, il quale s' è confessato et ha riformato la vita sua.

D' Alcala, *doue ci fermassimo un giorno con li fratelli,* sommo andati a Guadalajara per veder' il P. Mtro. Francisco Strada, et non lo hauemo trouato: ha inteso il conte di Melito [2] la nostra venuta, et a 4 o 5 hore della notte ne ha fatto far' vna imbasciata al hospitale, che voleua andar' a vederni, il che noi hauemo fatto, che siamo andatti dui a vederlo, et hauemo molto par-

---

[1] Polancus, t. II, pag. 132, n. 318.—Marchionissa *de las Navas* erat «D.ª María Enríquez de Córdova, hija de D. Pedro Fernández de Córdova y Aguilar, I Marqués de Priego..., y de la Marquesa D. Elvira Enríquez de Luna, prima hermana del Señor Rey Católico»... «avía casado Año 1524... con» «D. Pedro Dávila... III Conde del Risco, I Marqués de las Navas.... El Señor Emperador le creó[marqués]... Año 1533.» Vincencio de Vidania, *Genealogía de la casa de Benavides, sus servicios y antigüedad*, pag. 371 et 372.»

[2] Didacus Hurtado de Mendoza; ejus uxor Catharina de Silva, de quibus infra redit sermo.

lato: non dubito che sarà della Compagnia. La sua consorte sonno trei anni che he paralitica, et lui poco inanzi ha fatto li exercicij della prima settimana: si ha offerto molto et di cuore.

Di là sommo venuti a Valenza, doue non trouando il P. Mtro. Miron, sommo venuti a Gandia, et receuuti dil signor ducha come de vn padre di tutti, et con lui in Domino sommo molto consolati; et non potrò dir' a V. R. quanto ne ha satisfato. Con li patri et fratelli ne hauemo molto ralegrato nel Signor', maxime vedendo vna casa dila Compagnia finita, come questa he [1].

Qua ne cominciamo aparechiar per pigliar' li gradi: scilicet, Mtre. Johão, fiamengo, Georgio Moreira et Don Gonçalo, doctori in theologia: io Maestro in le arte: don Gonçalo et yo sommo promoti prima, et ne hauemo partito per Valença con vno altro Padre che he venuto con noi, che si dice Lope Leitão, doue il

---

[1] «In Collegio Gandiae res temporales egregie se habebant, et aedificium ad calcem perductum, et in porta principali nomine Jesu insignitum fuerat. Sed aedificium spirituale domi et foris optimo cum odore, tam in studiis litterarum quam in virtutibus, ad Dei gloriam crescebat; et tam in praedicationibus quam in christiana doctrina et in tradendis spiritualibus exercitiis benemereri de multis conabantur.» POLANCO, t. II, pag. 96, n. 226.— ALVAREZ, *Hist.* ms. *de la Provincia de Aragón,* lib. I, cap. 41 hoc profert de gandiensibus testimonium: «Quiero poner aquí el testimonio que me envió firmado de su mano el Sr. Obispo de Albarracín, D. Vicente Roca y de la Serna, el qual dize assí: Y particularmente se desvelavan aquellos PP. en que los niños supiesen la doctrina christiana, y que hombres y mugeres se confessasen y comulgassen muchas veces entre año, y assí lo hazían hombres y mugeres, y quedavan muy gustosos de ver que algunos Padres y hermanos salían algunos Domingos y fiestas con la campanilla recogiendo los muchachos, y traherlos á la iglesia del Collegio, y los regalavan con algunas golosinas, y les davan rosarios, y los llevavan los niños colgados en las cintas. Luego se empeçó á leer en la Universidad: empeçóse un curso de Artes y la theulugía, la qual leija el Maestro Pérez, Frayle Mercenario, y otra lición leija el P. Baptista que havía venido de Alcalá de Henares, y estas dos liciones las oija el P. Francisco de Borja. Empeçaron á leer principios de Gramática el P. Benito y el P. Lozano [Alphonsus], y yo empeçé con ellos, y éramos quinze ó veinte muchachos; y quando salíamos de la lición de la tarde, teníamos una hora entera de oración y nos davan á contemplar en aquella hora uno de los artículos de la Fe, y nos confessávamos cada sábado, y nos comulgávamos el Domingo, y assí fué muy provechosa aquella primitiva Iglesia. Esto escrive el Sr. Obispo de los estudiantes seglares de aquella era.»

P. don Gonçalo predicaua trei volte ala settimana, et yo senteua le confessione, et si faceua frutto [1].

In questo exercicio sommo stati di inanzi il mezo della quaresima insino ala pascha: la quale finita, parse bene al P. don Gonçalo, superiore nostro, che già che il P. Mtro. Simone non era venuto, non venirebbe in questa primavera; che ritornassimo in Portugalo; et benchè questo camino par che sia superfluo, auendo di ritornar' vn altra volta nel Settembro per andar' in Roma, nientedimeno credo che al P. don Gonçalo non manquaronno ratione [2]. Sommo stati per dui mesi spettando qualche noua di Portugalo, et en tutto questo tempo non la hauemo hauuta. X.º con tutti.

ANTONIO BRANDÃO.

---

[1] *Litterae Quadrimestres,* t. I, pag. 185.

[2] «Visum est Patri Gonzalvo [Silveira], sub cujus obedientia alii veniebant, quandoquidem P. Simon ad condictum tempus non eo venerat, in Portugalliam esse eis redeundum... Et quamvis ostensae fuissent litterae, P. N. Ignatii nomine subscriptae, quibus retineri Gandiae P. Joannes [Couvillon] ac Georgius [Morera] praescribebat, cum ad theologicas lectiones esset eorum opera ibi necessaria, aliquam tamen interpretationem, qui eorum habebat curam, invenit; et creditum est a P. Simone eum fuisse instructum ut suos omnes in provinciam reduceret.» POLANCO, t. II, pag. 132-133, n. 319. Vide apud ALCÁZAR, *Chronohist. de la Provincia de Toledo,* t. I, pag. 152, epistolam Francisci Borgiae ad Araoz de sociis lusitanis. Polancus vero *ex commis.,* scribens Simoni Rodericio de quinque his sodalibus Gandiam missis eorumque ibi gestis, illi injungebat «ut iis, praeter quam Georgio Morera, facultatum Societati concessarum usum prohibeat, qui nonnisi obedientibus concedi debet. 3 Septembris.» POLANCO, t. II, pag. 133, n. 319, annot. I.

312

THERESIA REJADELLA PATRI IGNATIO DE LOYOLA

BARCINONE 11 APRILIS 1550 [1].

De rebus coenobii sui.—Tacendo et obediendo animus conquiescit.

† Jhs.

Muy Rdo. Padre mío en Christo.

La santíssima Trinidad sea siempre con V. P. en todo y en todos. Amén. Charíssimo y amantíssimo Padre mío. Ni pienso ni he de creer que la charidad de V. P. nos olvide en todas necesidades en todo lo que sea para más gloria divina y particularmente en la que al presente estamos deste bendito negocio, el qual parece sostenta Dios nuestro señor solo; pues no sabemos que aquí aya persona que adeueras [2] negocia por nosotras, avnque el señor don Francisco de la Caualería tiene nuestra procura y el señor Reboster [3] por él ahora. La señora doña Guiomar [4], por quien ellos se mouían, no escriue con aquel calor, y dudamos se mire en lo que se deue mirar por nuestra parte. De la otra no falten diligencias ni fauores. Mucho ternía que dezir, lo que dexo á la verdad y justicia. Dios nuestro señor prouea por sí, como sea más seruido y bien de las almas. Amén.

Muchas esperansas tenemos en el fauor de V. P., avnque sea sin roydo: aquí [5] las tenemos callando [6]. Con escriuir de ahí [7] que V. P. desía que obedeciésemos [8], se quietó mi alma, quando fué

---

[1] Ex autographo in vol. A, unico folio, n. 233, prius 294.

[2] Pro *de veras,* reapse: *negocia,* pro *negocie,* negotium agat.

[3] Franciscus Reposter.

[4] Guiomar (Hieronyma) de Gralla. *Epist. Mixtae,* t. 1, pag, 235, annot. 4; *Cartas y otros escritos del Bto. P. Pedro Fabro,* t. 1, pag. 323.

[5] Ms. *así.*

[6] Ms. *calando.*

[7] Ms. *aquí.*

[8] Ms. *obedesisemos.*

la bendita elección y confirmación. Aora, voluiendo, la deseo asaz, lo que pareciese también á V. P., si la restituyen como se dize. Ay Padre mío, responda, ¿qué podría así desir? Mas confío que Dios nuestro señor le da á entender lo que conuiene, y así le soplico tenga en todo cuidado, como puede y sabe conuiene. Y ceso [1], soplicando á Dios nuestro señor tenga siempre y en todo á V. P. de su mano y á todos. Amén.

Echa XI de Abril M. D. L.

Sierua y esclaua invtilíssima,

REJEDELLA.

Inscriptio: Jhs. Al muy R.do Padre en Christo el señor miser Ignacio de Loyolla, prepósito general de la Compañya de Jesús en Roma.

313

ANTONIUS DE ARAOZ

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

COMPLUTO 18 APRILIS 1550 [2].

Franciscus de Villanueva et Emmanuel López mense Majo sacerdotio initiandi. His ac aliis duobus sociis, ut conferantur facultates ac privilegia Societatis, rogat.—Vallisoletum adit.

†
Jhus.

El P. Villanueva se ordenará por todo Mayo: abrá de confesar. Por amor de nuestro Señor V. P. le mande dar y conçeder las graçias y facultades de la Compañya y al otro Padre, que se llama Alonso López, que emos rresçiuido en la Compañya, que es prouecto y buen confesor, y para el bachiller Jaén [3], catredático de griego en esta vniversidad, y sacerdote, y bendita alma, que

---

[1] Ms. *seso.*

[2] Ex autographo in vol. C, unico folio, n. 10bis, prius 767.—Non adscribitur dies et locus; sed certo haec constant ex epist. Francisci Villanueva, Compluto 1 Maji in urbem missa: «A los deziocho de Abril partió de aquí nuestro Padre provincial.» Vide infra, epist. 317.

[3] Joannes Jaén, de quo dictum est supra.

está en la Compañya seis meses a, y para el H. Manuel [1], para quando se hiziere saçerdote, que pues V. P. nos lo ymbió á mandar, se ará presto, que es vn bendito y muy açertado subjetto. En esta hora me parto para Valladolid. Jhus. sea con todos.

Hijo indigno

†
ARAOZ.

Inscriptio: J†hs. Al muy Rdo. en Xpo. Padre nuestro, el P. Mtro. Ignacio de Loyola, prepósito general de la Compañía de Jesús. En Roma.

314

JOANNES DE ROSSI
PATRI JOANNI DE POLANCO

FLORENTIA 20 APRILIS 1550 [2].

Epistola familiaris, amoris notis insignis.—Romam adire cogitat, in domum Societatis se, relictis aliis hospitibus, recepturus.—De Juliano da Colle, haeretico concionatore, quem Laurentius Davidico Sto. Ignatio defert.

† Y†hs. Mariae filius. A di 20 de Aprile 1550. †

Molto Rdo. in Christo Padre mio osseruandissimo. Salutem. Tengho vna de V. R. per M. Marcantonio Bolognini de Bolognia, homo de bona volontà, nella quale V. R. scriue hauere auisato M. Hyerolamo di Bolognia che recompensi il danno dato; ma parmi pocha penitentia, bisogniaua dargine che fusse accompagniato con trei o quatro delli serui della Compagnia de Yhu., che monstrarebbe refar' l' usura con Christo. Pensauo, Padre mio osseruandissimo, che doppo pasqua potesse uenir' a Roma. Sonomi sopraionte tante facende de amalati, che per anchora non mi posso risoluere della mia uenuta, pur spero non passar' Septembre, che uerrò a ueder' quella santa patria, Roma, doue è tanto grande thesoro, concesso dello altissimo Dio, et penso uenire in casa de Yhu., quale per la gratia sua, et misericordia, et

[1] Emmanuel López.

[2] Ex autographo in vol B, unico fol. n. 212, prius 24.—De Joanne de Rossi vide supra epist. 309, pag. 364.

clementia del nostro Rdo. P. M. Ignatio, starò concesso: et per la charità grande delli altri mei Padri et fratelli io lo chiamo mia, perchè le mie facultà sono tutte de quella Compagnia, et così le tengho. Parebbemi far torto alla uostra et mia casa non accettarlla così gratiosamente come Vtre. Rtie. mi l' offerischano, benchè me scriueno da Roma che mi aspettano alchuni nostri amici, et con desiderio mi receuerrebeno in loro casa; pur tutti io licentiarò, et scriberomi la mia casa de Yhu. Ma duolmi darui troppo fastidio, perchè so aquello tempo saranno de molti fuorastiere, et parmi importunità la mia darui tal fastidio a tempi incongrui; ma harò charo et charissimo diciate al mio Rdo. P. M. Ignatio facci oratione, et faccia fare che Idio, mio Saluator', mi concieda tanta gratia et animo, de resoluermi a quello tempo, a qual più piace sua maestà diuina, et sia mancho scommodità alli mij amalati, et alla mia famiglia, et alla charità dell proximo. Et così pregho V. R., et M. Gerolamo Ottello, et tutti gli altri, faciate et fate fare, perchè non vorei perdere adeso tanto dono; perchè in vita mia non goderò vno altro thesoro come questo. Per tanto pregho V. R. mi ricommandiate alla reuerentia dello nostro P. M. Ignatio, che preghi Iddio per la madre mia, et la mia consorte, et la mia famiglia.

Così io lo ricommando Mtro. Giuliano da Colle, predicatore heretico, che non lassi da perseguitarlo insina alla morte, che so don Baptista da Parma ne ha parlato, et ha portato le conclusione, quale manda don Lorenzo Dauidico, certo homo de Dio spirituale, prete et predicatore christianissimo, il quale se ricommanda al P. M. Ignatio [1]. A V. R. sia ricommandata la madre mia, con la Pantasilea, mia donna [2], et mie figlioli; et preghoui aiutatemi camminare in questo cammino della nostra misera vita.

Harò charo che V. R. me auisi quello fa a Roma M. Baldassarri d' Anesi Politiano: et a lui mi ricommanderete per mille volte [3]. Valete.

---

[1] Vide epist. sequentem.

[2] Maria Pantasilea. *Epist. Mixtae,* t. 1, pag. 476, 489.

[3] Vide supra, epist. 232, pag. 167, et *Litterae Quadrimestres,* t. 1, pag. 100.

Che Dio vi conserui nella sua gratia, et accreschi il suo focho nel vostro cuore.

De Fierenze.

Per il vostro indegno seruo,

JOANNES DE ROSI, alamanno.

Inscriptio: Al molto Rdo. in Christo, il Padre M. Joanne di Polanco, della Compagnia de Yhu., suo padre, in Roma, a Sta. Maria alla Strada, apresso Sto. Marco.

Alia manu: Fiorenza 20 d' Aprile 1550. Jo: de Rossi.

315

LAURENTIUS DAVIDICO

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

FLORENTIA 25 APRILIS 1550 [1].

De erroribus Juliani da Colle, lutheranorum haeresi infecti.

†

Rdo. in Xpo. Padre mio carissimo.

Ogni giorno si trouano cose noue contro Mtro. Zuliano [2], masime per mezo d' uno suo aleuo, fratre eiusdem ordinis, quale penso del signor uicario tenerà qualchi giorni in prisone. Vno delli suoi fratri ha ditto a uno, nel quale esso hauea qualche confidentia : se non hauessemo pagura del fuoco, tutti uiueressemo secondo Luthero. Vn' altro de essi fratti ha ditto a uno gentil homo qua, degno de fede, in mutuo colloquio: Per dirue il uero, nui tutti hauemo Martino Luthero per un gran santo. Vi so dire che in angulis et conuenticulis ha fatto un gran male : vnde ui prego a scoprir' al mondo per gloria di Dio la charità ch' in uoi resplende, et a meterui al forte per zelo del honor de X.o et de tante sue pouere pecorelle : è necessario subito acitarlo lì, e non perder tempo in questo.

Mi ricomando alle caste et feruente oratione de uoi tutti, las-

[1] Ex autographo in vol. B, duplici folio, n. 216, prius 32.

[2] Vide epist. superiorem.

sandoui nel purissimo sangue del suenato agnello, e pregandoui a far prender questa uolpe diabolica, quale scienter ha ditto cento busie in questa sua ultima predica, e molti errori.

Alla venuta nostra lì spero portarui il libro, a uoi tutti dicato.

Mi serà grato intender' per uostre drizate qui in le mane del nostro M. Jo. thodesco [1], come passa la cosa di esso Mtro. Zuliano, quale è elletto da li lutherani a predicar' anche qui la xl.ma seguente.

Ne altro, saluo che habiati memoria di me, pouerino, in le uostre messe et oratione.

Da Florentia alli 25 di Aprile 1550.

De V. C. in X.o figliuolo,

Laurencio Dauidico, sacerdote inutile.

Amanti sufficit nunciare, etc.

Inscriptio: Al feruente et molto Rdo. M. Ignatio, suo in Xpo. Padre osseruandissimo, a Roma, a Sta. Maria di Strada, apresso san Marco.

316

CLAUDIUS DE COUDRETO

FRATRI SUO LUDOVICO

PATAVIO 30 APRILIS 1550 [2].

Quid ei acciderit in transigendo pecuniarum negotio narrat.

Gratia et pax domini nostri Jesu Christi sit semper nobiscum. Amen. Vigesimus quintus dies Aprilis erat, dilectissime frater, cum tuae ad me perlatae sunt literae, in quibus mandatum erat ut Venetias proficiscerer. Eo ipso die dominus M. Antonius et Johannes Baptista nauem conscendebant, Romam petituri. Una itaque Venetias perlati sumus, ubi Johannes Baptista perhumaniter mihi operam suam praestitit in transigendo negotio. Is et ego, dum Ludovicum Palau conuentum quaereremus, opportune fit nobis obuiam ipse Michael Angelus Bagliori. Narrat sibi pau-

---

[1] Joannes de Rossi.

[2] Ex autographo in vol. B, unico folio, n. 25, prius 59.

cis ante diebus ab eodem Ludouico oblatam fuisse procuram (ut aiunt) a te missam, quae tamen nullius esset authoritatis, propterea quod a publico notario non fuisset uisa, qui subscriptione sua fidem fecisset, publicoque sigillo firmasset, hunc, qui scripsisset, uerum ac legitimum esse notarium; nosque huius rei ignaros fuisse admirabatur, cum non raro accidat, ut hoc genere fraudis mercatoribus imponatur; cuius sane sententiae et ipse Johannes Baptista et mercatores omnes, quos percunctatus sum, assensere.

Verum, ut me tanto uiae ac pecuniarum dispendio liberaret, annumeraturum se mihi pecunias recepit, si filius Ludouici Palau suo periculo promisisset se intra xx aut xxx dies procurationem unam, qualem prius commemoraui, ad se missurum: patrem autem nolebat, credo quod esset senectae iam et affectae aetatis. Ab eo igitur discedimus, sperantes hoc facile impetrari posse: spe tamen nostra lusi sumus. Eum enim, ubi diu quaesitum tandem conuenissem, eique, quid cum M. Angelo contraxissem, exposuissem, facturum se continuo negauit, et de pecuniis desperans, hoc mihi consilii dedit, ut sibi duas (quod dicunt) quitantias relinquerem, quibus post quindecim dies, missa alia procuratione, pecunias exigere posset; cui facile acquieui, neque enim uerebar eius fidei chirographa duo committere, cui tu pecuniam uniuersam tradi iussisses.

Hoc itaque consilio ad M. Angelum ambo profecti sumus, ut aut ipsum Ludouicum Palau fideiussorem admitteret, et pecunias daret; aut ut acceptae pecuniae chyrographa duo mihi suo modo formaret, quae Ludouico relinquerem. Alterum cum negasset, e uestigio subiratus, ut uidebatur, inde discessit Ludouicus: alterum se non libenter facturum dixit; meque rogauit, uti ne grauarer iterum ad se redire. Ego, etsi nonnihil illud molestum mihi sciebam, ne quid tamen controuersiae oriri posset, id me facturum pollicitus sum. Postea, quid egissem, Ludouico Palau rettuli, a quo certe, multum rogato, procurationem, quam tibi remitterem, accepi, nempe qui sibi, non mihi, creditam asseueraret. Hunc puto eadem, quae scripsi, ad nos scripturum ita negotium a me transactum esse.

Ignoscas quaeso, si quod debui non feci; feci certe quod potui, ut mandata tua exequerer. Doleo equidem iis tam diu te caruisse pecuniis, quas antea, duabus schedis ad me datis, habere potuisses. Remitto igitur ad te procurationem illam, quam eamdem, prout cognouisti, aptandam et huc mittendam curabis. Ego autem, nisi quid aliud iubeas, acceptas pecunias eidem Ludovico Palau tradam.

Ex iis uellem mihi liceret octo aureos desumere: his quantum domi indigeamus, etsi maxime possum ostendere, non faciam tamen, et quod temporis intercludar angustiis, quodque id latius ac diffusius ex domino M. Antonio et Johanne Baptista, quos propediem uisurus es, quibusque dedi ad te literas, poteris intelligere. Certe, quas hic reliquisti pecunias, R.dus Pater dominus Elpidius optime distribuit. Nam hac hyeme scholasticis omnibus uestes pellitas comparauit, ut prospera omnes nos ualetudine uteremur, et maiorem iis studiis operam curamque poneremus. Hos si concesseris, sagulum mihi conficiam, quod tu ante discessum tuum fieri postulabas. Vale. Pataui pridie calendas Martias [1] 1550.

Tuus in Christo minimus frater,

Claudius de Coudreto.

Inscriptio: Al suo in Christo dilectissimo fratello, M. Ludouico de Coudreto, in Roma.

---

[1] Sic; verum, ut ex ipsa epistola legenti apparet, scripsit Coudreto *Martias*, cum esset scripturus *Majas*.

317

FRANCISCUS DE VILLANUEVA

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

COMPLUTO I MAJI 1550 [1].

Araoz petiisse Vallisoletum, Estrada Valentiam.—Sensus ex eorum discessu.—Fructus ex concionibus Patris Estrada Compluti et Guadalaxarae.—Virorum principum studium et exemplum.—Animorum commotio.—Candidati Societatis Gandiam profecti.—Alii tirocinium Compluti conficiunt.—Dr. Vergara Societati impense favet: ejus desiderio flagrat.—Complutensium in nostros amor efficax.—Res prospere cedunt.



Muy Rdo. en Xpo. Padre.

La gracia y paz de Jesu Xpo. sea siempre en nuestro contino fauor y ayuda. Amén.

A los deziocho de Abril, partió de aquí nuestro Padre prouincial para Valladolid. Sabe nuestro Señor quánta soledad se siente en esta vniversidad con su ausencia, y el fruto que se hiziera con su presencia. Confiamos en el Señor que a de ser seruido de su yda, pues convino posponerlo todo por aquello.

El P. Mtro. Estrada se partió para Valencia quatro días antes. Huuo gran sentimiento en el pueblo, de su partida. Predicó esta quaresma en S. Ilifonso, que es la yglesia principal desta vniversidad, con tan gran auditorio, que para tomar lugar era menester yr vien de mañana, y de la gente que no cabía en su auditorio tenían otros predicadores la mitad más auditorio que, antes que el maestro predicase, solían tener. Afirman todos comúnmente no se aver visto en esta vniversidad tan gran moción en la gente. Ovo bien qué hazer en poder satisfazer á la vniversidad y al pueblo; porque, como el maestro predicó en la yglesia de S. Illifonso, que es de la vniversidad, el aviento, antes

[1] Ex autographo in vol. B, duplici folio, n. 101, prius 161, 162.— Hac epistola usus est POLANCUS, t. II, pag. 126, n. 301.

que fuese tiempo de tratar de sermones para la quaresma, los doctores y rrector instaron que el maestro aceptase allí la quaresma á predicar, de modo que no se pudo escusar. Después, quando vinieron las otras yglesias, no avía qué les dar; pero el vicario y canónigos, agraviándose mucho, inbían al rector y vniversidad, quexándose mucho del agravio que á su yglesia se hazía, de modo que casi por fuerça sacaron predicase en su yglesia, que es la mayor del pueblo, vn día en la semana.

De Guadalajara a sido tanto lo que an instado, así el cabildo de aquella ciudad inbiando personas y mensajeros que fuese allá á predicarles la quaresma, como aquellos señores condes de Saldaña [1], de Coruña [2], conde de Mélito [3], con cartas y mensajeros duplicados para el mismo effecto; que nosotros recebíamos afrenta en no poderles servir. Dexo los deseos de la señora duquesa del Infantazgo [4], que pienso con su sangre comprara la yda del Padre Mtro. y avn de otro qualquiera de la Compañía: tan entrañablemente la ama; pero no pudiendo el Padre Mtro. faltar con la vniversidad, se dió orden cómo predicase dos sermones allá el Padre Mtro., antes de quaresma.

Nuestro Señor obró tanto en aquellos dos sermones, que la gente quedó muy movida y afecionada á la Compañía, y muchos con propósito de se venir á confesar [á] Alcalá á nuestra casa. Después de quaresma, volviendo yo á Guadalajara, me dixo vn letrado: Vengo de ver á vn frayle de S. Francisco, pensando estava malo; y hablando de las confesiones, me dixo: Creedme, que este Padre de la Compañía de Jesús a hecho en este pueblo mucho fruto; que no solíamos nosotros tener tanta priesa ni frequentación de confesiones.

El conde de Mélito, quando vió que no pudo acabar que el maestro predicase la quaresma en Guadalajara, determinó ve-

[1] «D. Diego Hurtado de Mendoza, Conde de Saldaña, Marqués del Cenete, hijo primogénito de D. Iñigo López de Mendoza, Quarto Duque del Infantado...» NUÑEZ DE CASTRO, *Historia... de... Guadalaxara,* pag. 186.

[2] Laurentius Suárez de Mendoza. Vide epist. 283, pag. 300.

[3] Didacus Hurtado de Mendoza, de quo saepe dictum est in nostris MONUMENTIS et in *Cartas de San Ignacio.*

[4] Elisabeth de Aragón.

nirse él y traer toda su casa [á] Alcalá á oyr al Padre Mtro., y así a estado esta quaresma en Alcalá con toda su casa, siguiendo siempre los sermones del Padre Mtro., y continuando [en] visitar á esta casa, confesándose de ocho en ocho días; así mismo confesándose la señora condesa [1] en casa, y muchos de su casa. Es la señora condesa muy aficionada á la Compañía; es hija del conde de Cifuentes, que fué embaxador en Roma [2]. Avía pedido muchos días avía el conde de Mélito los exercicios, y así, hallándose aquí esta quaresma, instando mucho más por ellos, hizo los exercicios con mucho provecho de su alma, haziendo confesión general, hordenando todas sus cosas en mayor gloria del Señor, de lo qual a redundado mucho fruto á sus tierras y vasallos, inviando de esta vniversidad vn letrado en leyes muy íntimo de la Compañía, que ha sido aprovechado en los exercicios el año pasado, á su tierra, en comisión suya para que viese su tierra en su ausencia y sepa las quexas que dél avía, poniéndose todo en sus manos, para que sin piedad rigurosamente contra él cortase etiam en los descuydos que hallase que poner culpa, ó por no residir él en la tierra oviesen avido en perjuizio de los vasallos; y que este oficio hiziese gratis, sin llevar ningún interese á los vasallos, pagando él de su cámara el salario.

De otras partes desta comarca an venido á pedir al Padre Mtro. con mucha instancia quisiese yrles á predicar por allá algunos días, especialmente el señor Arias Pardo, señor de Paracuellos [3], que es tres leguas de aquí; y lo mismo an hecho de Ocaña, diez leguas de aquí, ofreciendo vna casa á la Compañía muy buena y en buen sitio, para que en aquella ciudad pudiesen gozar del fruto de la Compañía y aprovecharse con su dotrina.

A sido menester esta quaresma recogerse los hermanos, estrechándose en vna cámara, por satisfazer algunos de los que en exercicios se deseavan aprovechar; porque en este pueblo, fuera

---

[1] Catharina de Silva.

[2] Ferdinandus de Silva. *Epist. Mixtae,* t. 1, pag. 161, annot. 2.

[3] Ms. *Paraquellos.* Est autem «Paracuellos de Jarama, prov. de Madrid (2 $^3/_4$ leg.) part. de Alcalá de Henares (2 $^1/_2$ leg.)» MADOZ, *Diccionario,* t. XII, pag. 677.

de casa, no hay tanto aparejo; y así acaescía estar cinco en exercicios, y siete de los hermanos en vna cámara ó aposento juntos.

An ydo dos á Gandía [de] buenas avilidades; y especial del vno se dize ser la mayor desta vniversidad, y este se llama Montoya [1], ya pasado su curso de artes. Otros tres an entrado aquí, personas de mucha edificación. An pedido otros muchos que los quisiesen recebir aquí en esta Compañía, veniendo á los pies de nuestro Padre prouincial á se arrodillar para ello. No se an recebido, avnque en alguna religión an cuidado que alguno de los dichos quisiese entrar en ella. Otros ay que lo desean, y perseveran, pidiéndolo personas de muchas letras y avilidad.

De Quenca, que es vna ciudad XXI leguas desta vniversidad, onde reside el doctor Vergara, con grande instancia an pedido los inquisidores al P. Mtro. Estrada ó á otro de la Compañía, mostrando gran deseo de aprovechar, ofreciendo el sermón del auto que avían de hazer en fin del mes de Abril. A estado con el doctor Vergara ciertos días el P. Diego Méndez, en vn beneficio suyo, porque es camino de Valencia, onde él yva, y a hecho allí mucho fruto. Escriviónos los días pasados que dava exercicios á vn canónigo de Quenca, y que otros se deseavan aprovechar. El doctor Vergara predica allí, y tiene muy movido aquel pueblo, y desean mucho la Compañía.

El doctor Vergara compró las casas que á V. P. otras vezes se le a scrito, y hizo luego donación dellas á la Compañía libremente, para que aquí tenga la Compañía vn collegio, deseando que la renta que tiene se anexase aquí, que son cerca de quinientos ducados, y así me da priesa que yo haga buscar recompensa de sus beneficios, por ser curados, para poder anexar. Con todo esto, avn no está contento : nuestro Señor le llama á más, á lo que parece, y así spero en el Señor que, relictis omnibus, se a de dar presto á la Compañía. Ya él dize que no puede sofrir estar separado corporalmente de nosotros.

---

[1] Joannes de Montoya. POLANCO, t. II, pag. 127, n. 303.—De hoc viro multa tradit ALCÁZAR, *Chronohist.*, t. I, pag. 137.

Esta villa [1] está muy bien con la Compañía. El vicario es muy devoto nuestro, y lo mismo el corregidor. Estos días pasados, vino el corregidor con todo el ayuntamiento desta villa á ver esta casa, y con mucha beninidad nos dieron licencia para abrir la cerca de la ciudad, que está á las espaldas desta casa, para por allí poder gozar de vnos sitios que la misma casa tenía fuera de la villa, onde se hará vna muy buena huerta; y pareciéndoles que en esto hazían poco, nos dieron de los provechos y propios de la villa vna buena parte de más sitio, para juntar con esto, mostrando tanta voluntad, que parecía desear cada vno darlo de lo suyo propio.

En esta casa están nueve hermanos de muy buen exemplo y virtuosos. Trabajan en sus estudios y aprovechamiento de sus almas.

Andamos dando orden cómo hazer vna capilla que salga á la calle, para que en ella se puedan confesar, así los de casa como los de fuera. Espérase esta capilla con mucho deseo del pueblo, y confío en el Señor que a de ser della muy servido. Su magestad nos dé gracia para que con puridad le sirvamos. Amén.

De Alcalá primero día de Mayo 1550.

Indigno hijo de V. P.,

FRANCISCO DE VILLANUEVA.

Inscriptio: Jhs. Al muy Rdo. en Xpo. Padre, el Padre Mtro. Ignatio de Loyola, prepósito general de la Compañía de Jesús. En santa María del Estrada, junto á S. Marcos. En Roma.

---

[1] Complutum, nunc urbs.

318

ANTONIUS DE ARAOZ
PATRI IGNATIO DE LOYOLA

VALLISOLETO 4 MAJI 1550 [1].

Dicit se, occupationibus impeditum, Ognatum ire non posse.—Res Societatis Salmanticae et Compluti prospere succedunt.—Ubique in Hispania Societas expetitur.—Dr. Moscoso in locum Antonii de Fonseca, episcopi pampelonensis, sufficitur.

†
Jhs.

Gratia et pax domini nostri Jhu. Xpi. sit semper nobiscum.

Yo vine á esta villa desde Alcalá la semana pasada, y avnque pensé partir luego para Oñate, son tantas las ocupaçiones desta corte, que no e podido abreuiar la partida; y también la reyna [2] me mandó la tornase á ablar, y asy pienso detenerme çinco ó seis días aquí, y plaziendo á nuestro Señor yr á Oñate, y de ally á Çaragoça y Gandía.

El doctor Torres y quatro hermanos de Salamanca an estado aquí, que vinieron por verme, pues avía paresçido que para estar pocos días no fuese á Salamanca. De las cosas de allí y de Alcalá, que siempre van en augmento por la bondad del Señor, scriuirán ellos largo.

Ayer rresçiuí vna del P. Polanco, breue, de 8 de Abril, con vna inclusa de x del mismo, y las que en ella acusa que traya este mismo correo no las e rresçiuido, avnque se an echo las diligençias en casa del correo. Las cosas de la Compañía en este rreyno por graçia del Señor están muy açeptas, y ofrésçennos en tantas partes casas, que á tener obreros presto se poblarían todas las çiudades. El Señor, cuya es la miés, los imbíe y provea de los dones y graçias que son menester para tal ministerio y obra. Amén.

---

[1] Ex autographo in vol. B, unico folio, n. 15, prius 137.

[2] Joanna, Caroli v mater, quae apud Turrim Syllanam *(Tordesillas)*, non procul a Vallisoleto, degebat.

De Valladolid 4 de Mayo 1550.

Por aver dexado el obispo de Pamplona [1] el obispado, lo an proveído al doctor Moscoso [2], que es mucho de la Compañía.

V. P. mínimus in Xpo. filius,

†
ARAOZ.

Inscriptio: †Jhs. Al muy Rdo. en Xpo. Padre, el P. Mtre. Ignatio de Loyola, prepósito general de la Compañía de Jhus.

319

JOANNES GONZALEZ
PATRI IGNATIO DE LOYOLA

VALLISOLETO 17 MAJI 1550 [3].

Societatem in dies singulos cognosci melius, magisque amari.—In Gallaeciam et Methymnam Campi eam accersi.

†
Jhs.

Muy Rdo. Padre.

La graçia y bendiçión del Señor sea siempre con V. P. Amén. Jhs.

Según creo, nuestro Padre provinçial aurá escrito á V. P. las cosas que acá pasan, quando scriuió desta casa los días pasados, por lo qual no he escrito hasta aquí, y al presente me podré

---

[1] «Estando el obispo [Antonius de Fonseca] en la ciudad de Toro, sin duda por llamamiento del Rey, renunció libremente y movido de su virtud el obispado de Pamplona... el día 13 de Abril del año 1550... El Emperador lo hizo presidente de su consejo de Castilla...» FERNÁNDEZ PÉREZ, *Historia de la iglesia y obispos de Pamplona,* t. II, pag. 254.

[2] «D. Alvaro Moscoso, natural de Cáceres... varón de mucha ciencia y de brillantes conocimientos. Había sido colegial... de la Sorbona de París, por cuya universidad recibió el grado de doctor en Theología. Nombróle su capellán... Carlos V, á quien siguió y sirvió muchos años con grande celo; y en atención á sus méritos y conocidas prendas, lo nombró el mismo Emperador para la mitra de Pamplona... A los pocos meses recibió orden... para que pasase al concilio tridentino.» FERNÁNDEZ PÉREZ, *ibid.* pag. 255.

[3] Ex autographo in vol. B, duplici folio, n. 174, prius 135.

remitir á la de S. P. [1]. Bendito nuestro Señor, estamos buenos, deseosos que V. P. nos embíe alguno ó algunos que nos ayuden, según la materia que cada día se ofreçe en que exerçitarnos y ocuparnos, y según el deseo que ay en el pueblo que esta casa crezca y se augmente. Cada día más la noticia de la Compañía creçe, así por confesiones como por otras pías ocupaçiones. Nuestro Señor acreçiente su amor y temor en nosotros.

Vn señor liçençiado, amigo mío, canónigo de Astorga, me escriuió este día pasado, cómo vna persona principal en Galiçia trataba de dar cierta casa y haçienda á la Compañía; y estando yo presente, prometió á nuestro Padre prouincial vn mercader riquísimo de Medina del Campo (ocho leguas de aquí) que sustentaría tres ó quatro estudiantes en el estudio, con que le diesen otros tantos en Medina del Campo [2]; y así en la vna como en la otra parte se haría mucho fruto; porque Medina del Campo es vn lugar de mucha contrataçión, y Galiçia es vna tierra muy falta de doctrina xpiana. Nuestro Señor embíe muchos y muy fieles obreros á su viña, y á todos nos dé su santo spíritu y amor.

De Valladolid, decisiete de Mayo 1550.

Nuestra casa se llama S. Antonio de la Charidad [3].

Hijo mínimo y sieruo inútil de V. P.,

† JUAN GONÇÁLEZ. †

---

[1] Vide epist. superiorem.—De P. Joanne González egit ipse Araoz, *Epist. Mixtae,* t. I, pag. 275. Vide etiam POLANCO, t. II, pag. 119, n. 280, ubi sermo est de domo vallisoletana et sociis eam incolentibus.

[2] *Epist. Mixtae*, t. I, pag. 273, 274. Mercator hic Rodericus de Dueñas dicebatur, de quo saepe POLANCO, t. II, pag. 111, n. 265, et seq.

[3] «El año de 1547, como creció este Colegio en número de personas, procuraron el P. Diego Méndez y sus compañeros con el Consejo Real y con el Regimiento de esta Ciudad (que entonces era villa) favor para que les diesen para su habitación un hospital pequeño, que era de los cofrades de San Lázaro y San Antonio de Padua, y estaba en frente de la Caridad, en la Parroquia de San Julián... Arrendándoles la habitación en el dicho Hospital, se pasaron á vivir en él aquel mismo año, y en una sala baja... acomodaron un Altar, y comenzaron á ejercitar sus ministerios con gran provecho de sus almas.» VALDIVIA, [*Historia* ms. *de los*] *Colegios de Castilla;* Colegio de Valladolid, fol. 7.

Inscriptio: Jhs. Al muy Rdo. Padre, nuestro Padre general, el P. M. Ignaçio de Loyola, de la Compañía de Jhs., á santa María de la Estrada, en Roma.

320

CLAUDIUS DE COUDRETO

FRATRI SUO LUDOVICO

PATAVIO 5 JUNII 1550 [1].

Dolet de incommoda sociorum valetudine: ut diligenter eam curent, etiam atque etiam rogat.—De communibus utriusque amicis, de fratribus, de re familiari.

Gratia et pax domini N. Jesu X.i nobis perpetuo adsit.

Admonuit me paulo ante noster in Christo dilectissimus frater Christophorus Laynez de R.di Patris Polanci tuaque aduersa ualetudine. Vtrius sane febris maiori mihi dolori fuerit, non facile iudicarim, utrique enim debeo quamplurimum. Feliciter tamen accidit ut eodem tempore de uestra incolumitate cognoscerem, cuius quidem autori, Deo videlicet optimo maximo, gratias ago, et agam semper. Tu, frater, monitore non indiges, eiusmodi praesertim, qualis sum ego; meus tamen erga te amor non mediocris cogit, ut te unum non celem, quod tamen memini alios multos saepius dicere tibi, meque unum ex illis fuisse, quod ingenium tuum ex parte cognitum habeam: nimirum, id est, ut si quando ualetudinem tuam recte curare ac tueri uelis, animum tuum a tot tantisque cogitationibus, curis et sollicitudinibus auoces, quae tibi, non modo dolorem aut fastidium, uerum etiam febrem creare possint. Spero te eo animo lecturum haec, et accepturum omnia, quo a me scripta sunt. Denique, ut ita fiat, oro. Crede mihi, frater, plus opinione, tua me ualetudo sollicitat, quae adhuc quam firma sit, non satis exploratum habeo. Non dicam in hanc sententiam plura, et quod properare quodque alia ad te scri-

[1] Ex autographo in vol. B, unico folio, n. 26, prius 61.

bere compellor; memor enim sum mandatorum tuorum, quae mihi proximis tuis literis reliquisti, ut, cum patrias literas acciperem, illico te per literas facerem certiorem.

Quidam igitur ciuis noster, quem nos le Chatellay Grosset dicimus, ex patria profectus est, Jerusalem nauigaturus, uti sanctissimum illud desiderium (uoti enim se reum negat) quo eum scis iam inde ab adolescentia aestuasse, expleret. Is igitur, cum hac iter faceret, binas ad me literas pertulit, alteras priuigni, alteras fratris Amedei. Eas acceptas coram R.do P. Elpidio recitaui, quarum etiam summam tibi breuiter collegi; sic enim melius uisum est, quam eas ad te transmittere. Queritur priuignus quod nullas post festum natalitiorum Christi ad se literas miserim, uel quibus saltem tum de nostra bona ualetudine, tum etiam de acceptis 73 scutatis fieret certior, ex quo facile coniicio nondum ad eos literas illas peruenisse, quas Venetiis Angelo Baglioni commiseram. Scribit idem tibi eadem de re per famulum cuiusdam nobilis nostratis literas a se directas fuisse, quo magis miror nec tuas literas illuc perlatas fuisse. Ad eum paucis post diebus rescripsi, quo illos sollicitudine hac leuarem, eoque libentius id feci, quod mihi omnino de sententia sua literae ad matrem mittendae erant.

Venio ad fraterculi nostri literas, mihi quidem non ingratas neque iniucundas; his enim se miro studiorum desiderio teneri significabat; rogabat namque me atque adeo prece cogebat, a matre uti contenderem ut eum aliquo ad studia mittere dignaretur, quae uerba quorsum pertineant et quo tendant, facile te, si maxime taceam, coniectura ducet; quod tamen non impetrauit: nihil sine tuo consilio facere sum ausus. In eadem epistola te fratremque Annibalem plurimum saluere iubet. Haec scripsi quam breuissime potui: fortasse tamen longius, quam ualetudinis tuae ratio postulasset. Ego, etsi antea literas tuas expectabam, nunc autem ut cum maxime exoptem, te tamen rogare non audeo, ut tu ad me literas mittas; tametsi nihil mihi magis in optatis esset, quam de tua confirmata ualetudine et receptis uiribus admoneri. Quapropter, si tibi minus commodum erit literas exarare, satis id mihi habeam, dum me his de rebus facias per alios certiorem.

Opto te, frater in Christo charissime, recte ualere. Patauii, Nonis Junii 1550.

Tuus in Christo minimus frater,

CLAUDIUS DE COUDRETO.

Inscriptio: † Al suo in Christo charissimo fratello, M. Ludouico de Coudretto, in Roma.

321

LUDOVICUS GONZ. DE CAMARA

PATRI JOANNI DE POLANCO

OLISIPONE 6 JUNII 1550 [1].

P. Ambrosium Pérez, in urbem ad conficienda negotia lusitanorum proficiscentem, valde commendat.—Ait Simonem Rodríguez ex morbo convalescere.

†
Jhus.

Gratia he paz domini nostri Jesu X.i sit semper in cordibus nostris. Amen.

Chariss[im]o Padre. O Padre mestre Simão mandou de Coimbra, pera fazer os negotios do collegio, hum Padre da Companhia, per nome Ambrosio Piz [2]; e porque V. R. o conhecera laa mui bem, não lhe quero dezer quem he. Ao menos sei eu que tem o P. Mtre. Simão muita esperança de elle fazer com muita obedientia he charidade tudo o que lhe for mandado. E porque por elle deue de escreuer largo ao noso Padre Mtre. Ignatio e a V. R., não tenho aqui mais que dizer, senão que as cartas que de laa temos recebidas responderemos pello commendador mor, comprindo la dulcissima obedientia de escreuer cada mes, a qual o P. Mtre. Simão nos mandou muito encommendar per huma carta sua que nos oje derão. Não no fazemos agora, porque he a

[1] Ex originali in vol. B, unico folio, n. 188, prius 125.

[2] *Piz* vel *Pérez* vocatur saepe a nostris. De hoc viro mentionem faciunt *Litterae Quadrimestres,* t. I, pag. 278; *Cartas de San Ignacio,* t. III, pag. 166.—POLANCO, t. III, pag. 391, n. 855 haec tradit ad annum 1553, de illis agens qui in Brasiliam navigaturi erant: «Fuit et inter alios P. Ambrosius Perez, qui Romam olim ut procurator Collegii Conimbricensis missus fuerat; qui, ut non libenter hoc iter suscepit, ita nec in Brasilia nec in ipsa Societate perseveravit.»

pressa tão grande, que nem pera este negotio nos daa lugar, he ella tamben me obriga a pidir a V. R. que queira ver ho negotio pollos do senhor Baltesar de Faria. E porque V. R. veraa de quanta importantia elle he, não tenho mais que lhe encommendar, senão pidirlhe que se lembre en suas oraçoes deste pobre peccador, e que me aja huma bençao do nosso M. R.do in X.o P. Mtre. Innatio.

O P. Mtre. Simão esteue ate agora em Coimbra doente de ciatiqua; ja agora se achaua milhor. Heu escriuo da parte do P. Mtre. Simão a Ambrosio Piz, que tome huma pousada sobre si en que pousse, et porem que, selha offrecer o comendador mor, la aceite pera menos custo he milhor auiamento dos negotios; e isto se entende parecendo asy ben ao noso P. Mtre. Inatio. Ao menos eu da minha parte folgaria muito, porque me parece que, affora o expediente dos negotios, se seruira muito noso Senhor no proueito spiritual do comendador mor, porque a materia esta ben desposta, segundo tem fama de virtuoso; e o P. Ambrosio Piz tem muitas partes pera aproueitar muito a todos os que conuersar. Nosso Senhor nos dee conuersarmos os proximos de modo nesta vida, que mereçamos conuersalo a elle na outra. Tambem me mandou o Padre que mandasse huma letra de dozentos cruzados a Ambrosio Piz. Leualaa o comendador mor, porque por esta não a posso mandar.

Lixboa 6 de Junho 1550.

Seruus

Ludouicus.

Inscriptio: ✝ Ao muito reuerendo en X.o Padre o P. Jhão de Polanco, da Companhia de Jesu, em Roma.

Manu ipsius P. Ludovici a tergo: O negoceo do preso jaa não hee necessario, porque jaa hee solto e le tem laa mandaada huma letra de xv cruzados. V. R. mande hum scrito do banqueiro de quomo a não pagou, para que le cobre qua de Lucas Sendeiro, que lhe seraa ben necessario, segundo o muito que lhe custou sua soltura, e isto seja polo primeiro.

Seruus

Ludouicus.

322

LEONARDUS KESSEL
PATRI IGNATIO DE LOYOLA

COLONIA 14 JUNII 1550 [1].

Opera sodalium coloniensium proximis navata.—Fructus inde perceptus.



Jhs.

Gratia et pax X.i domini sit semper cum omnibus nobis.

Affectus charitatis P. V., quem tot literis ad nos legatis P. V. exprimit, eo me perduxit, ut mihi temperare non possim, quin eorum, quae hic ad gloriam Dei nostrorumque omnium consolationem, ipso cooperante, geruntur, P. V. aperire debeam.

In primis laudandus est Dominus, cum in his partibus tam rara esset sacramentalis confessio, vt quotannis vix consueuerint semel et festinanter admodum sue conscientie reatus deponere, quod eo iam per Dei gratiam ventum est, vt non modo confessio frequens sit, sed et sacra ipsa communio: nec id solum studiosis adolescentibus et in artibus promotis contingere solet, sed et laicis vtriusque sexus, praecipue in nostra parochia agentibus, *ad indulgentias Mariae* appellata; noster enim pastor suam auctoritatem in audiendis confessionibus nobis tribuit, locumque in ecclesia ac sedem designauit, in qua frequenter confessiones audire soleo [2]; sacram quoque eucharistiam tam studiosis quam laicis administrare, non sine magna populi aedificatione, vnde plurimum fructus per gratiam Dei sperandus est: numerus enim eorum in dies augetur. Magna nobis spes in gloriosa Dei matre Maria, in cuius parochia cum magna pace manemus.

Diebus festis ad tempus exhortationem in quodam monasterio habeo, in quo in melius omnia sunt mutata, omnesque fere generaliter confessi sunt, ambulantes modo in tanta obedientia,

---

[1] Ex autographo in vol. B, duplici folio, n. 46, prius 104.

[2] POLANCO, t. II, pag. 82, n. 190.

charitate, vitiorumque mortificatione, vt eorum famae bonus odor per totam civitatem dispersus sit. Ab alio quodam monasterio bene per annum rogatus sum, vt aliquando exhortationem haberem: esset quidem ibi maxime necessarium, quia ibi quidam per peccatorum confessionem, Dei gratia, a mirabili daemone liberatus fuit; sed impeditus semper fui aut confessionibus aut aliis occupationibus: sic eorum desiderio bono hucusque satisfacere non potui. Spero tamen me incepturum breui, si paternitati vestrae ita visum fuerit.

Nonnunquam vt infirmos visitem accersor, inter quos cum visitarem sacerdotem quemdam, virum doctum, iam sacra vnctione perunctum, et, vt putabatur, agoni proximum, is, cum confiteri coepisset, melius se habere testatus est. Itaque, generali confessione peracta, in pedes e grabato post horas aliquot surrexit, et se deambulationi dedit: qui vitam ex toto proposuit corrigere in melius [1]. Fuit praeterea quidam, qui, cum ad sacros ordines Coloniam venisset, ei tradidimus exercitia prime hebdomade in hebdomada sancta, non sine magno fructu, multis enim cum lachrimis peccata vite praeterite defleuit, proponens in posterum se totum X.i servitio mancipaturum, aliisque gratiam, tam brevi tempore a Deo acceptam, communicaturum. Fuit et alius quidam flander, qui similiter prime hebdomade exercitia habuit: is quoque se vitam correcturum proposuit. Nobilis quidam coloniensis, magister in artibus, cum nostris confiteri et communicare incepit, adolescens egregius, optimis moribus praeditus, benignus, affabilis cum aliis conversando: is jam, matrimonio omnino postposito, se totum X.i Jesu paupertati et obedientie dedere decreuit. Exercitii gratia Aristotelem in Bursa juvenibus perlegit vna cum Ciceronis aliquot scriptis, quo huius aliquos ad X.i Jesu suave iugum pellicere queat. Nostri confratres et studiosi multos gratia Dei ad meliora trahunt: brevi duos studiosos in domum recepimus, qui se totos X.i servitio ac Societati consecrare optant, ad omnem obedientiam paratissimos.

Vt tandem finiam, faxit Dominus meritis et precibus Stae.

---

[1] Polanco, t. II, pag. 83, n. 191.

reginae Vrsulae virginis et martyris, una cum XI millium virginum martyrum eiusque sodalium (in cuius vicinia moramur) vt pisces nos circumvolantes hamo sue gratiae capere valeamus, et ad portum felicem perducere. His bene valebit P. V. in X.° Jesu semper. Paternitatis vestrae et Rdorum. Patrum ac fratrum precibus nos vnice commendantes, plurimum paternitatem vestram et Rdos. Patres omnes salutatos cupiunt R.dus Pater D.nus Prior [1] et eius vicarius cum tota eorum familia. D.nus canonicus Mag. Andreas, amicus noster, multum se commendat paternitati vestrae et Rdis. Patribus.

Anno 1550, 14 Junii.

Vester servus indignus,

LEONARDUS KESSEL.

Inscriptio: † Rdo. in Christo Patri, Dno. Ignatio de Loyola, generali preposito Societatis Jesu, ad Stam. Mariam de Strada, apud Stum. Marcum. Romae.

Alia manu: Franco.

323

HIERONYMUS DOMENECH

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

PANORMO 17 JUNII 1550 [2].

De reditibus academiae assignandis.—De probationis domo ejusque ordine ac novitiorum exemplo.—De fructu ex concionibus percepto.—De scholis.—De candidatis ad Societatem.

†

La summa gratia y paz de X.o nuestro señor sea siempre en nuestros coraçones. Amén.

Por cartas de Mtre. Nadal habrá entendido V. R. cómo á su instantia he venido acá con cartas de su Excel.a [3] para entender

---

[1] P. Gerardus Hamont, cujus frequens est mentio in his MONUMENTIS et *Cartas de San Ignacio.*

[2] Ex autographo in vol. B, duplici folio, n. 28, prius 89.

[3] Joannes de Vega, prorex Siciliae.

en el negocio de la vniuersidad y collegio desta tierra, y ansí se ha entendido hasta hora, y por consejo se ha concluydo la renta que han de dar al vn cuerpo y otro del studio: y quanto á las condiciones y otras particularidades, el consejo se ha remetido á quatro gentiles hombres y quatro cittadinos, que hayan de entender en ello, y ansí spero que dentro de quatro ó cinco días se concluyrá este negocio, y dello se dará aviso á V. R. [1].

Quanto al fructu que aquí se haze, V. R. sepa, como yo scriuí á su Excel.a quando aquí allegué, es muy grande, mayor de lo que yo por cartas de Mtre. Nadal entendía, ni avn pensaua. Dexo los del collegio quánt recogidos [están] y fuera de toda conversatión de seglares (lo que no es poco, según se veen los otros religiosos de acá), quánt quietos, alegres y contentos, quánt bien gouernados in vtroque homine, y finalmente quánto aprouechados en spíritu y letras, que es cierto mucha consolatión y edificatión verlo y más practicarlo [2].

El concurso [es] grande que ay en la yglesia, principalmente los domingos que predica M. Benedetto [3], ansí á la prédica, de modo que la yglesia está llena [4] de gente y con mucha diligentia vienen á tomar lugar. Las frequentes confessiones y comuniones que cada domingo se hazen es cosa para mucho alabar á nuestro Señor; y según entiendo, no solamente en esta yglesia del collegio, mas en otras se suelen frequentar ya los sacramentos, por exemplo désta, de modo [que], como me desían los jurados en fauor deste collegio sobre la frequentatión de los sacramentos, cada domingo paresce ser la pascha en esta yglesia.

Fuy este domingo á la madre iglesia á hoir á Mtre. Nadal la lectión de S. Pablo, y vi muy major concurso de gente de lo que solía tener en otro tiempo quando yo aquí estaua.

---

[1] Vide passim epistolas hujus temporis *P. Nadal*, t. I.—POLANCO t. II, pag. 29 et seq., n 55 et seq.

[2] Ms. *platicarlo*.

[3] Benedictus Palmius.—«Conciones etiam, quae a diversis habebantur, et praecipue quae a Mag. Benedicto Palmio, nondum sacerdote, frequens auditorium habebant.» POLANCO, *ibid*.

[4] Ms. *lena*.

Las escuelas [1] también van bien, aprouechándose los escolares mucho, ansí en letras como en costumbres; y finalmente toda esta tierra amuestra vn gran contentamiento y edificatión que tiene desta obra del collegio, y se spera, que, haciéndose ahora la vniuersidad y cresciendo el collegio de suppósitos y cooperatores, crescerá siempre más el fructo: ansí plegue al Señor de augmentarlo, como suele.

De la casa de los nouicios también me [he] consolado mucho de ver tan buenos subiectos como ay, y quánt bien gouernados, y quánt instruydos en letras y spíritu, y la gran speranza que dan de sí: parescen tantos ángelos del cielo. Entre ellos ay tres que no passan de 15 anyos, muy buenos latinos, y hazen versos y componen ya en griego, y los dos dellos hijos de gentiles hombres desta tierra. Otro ay del mismo saber, avnque major en edad de dos ó tres anyos, y es de la Puglia. Los otros, avnque no saben tanto, son de buen ingenio, y studian con diligentia, y se van siempre aprouechando. Esta obra de la casa de los nouitios tengo para mí que es de las más senyaladas obras [que] se puedan hazer. Hasta hora son 9 ó 10, digo los nouitios, mas son otros que desean entrar, á los quales se les da alguna speranza, y se les diffiere el recebir para ver su perseueranza. Esto me ha occorrido screuir á V. R. de lo que aquí passa, avnque con breuedad por las occupationes que hombre tiene, referiéndose en lo demás á las cartas de Mtre. Nadal, supplicando á V. R. que en sus sanctos sacrificios y orationes nos tenga por muy encomendados.

De Palermo á 17 de Junio 1550.

Esta semmana no se han recebido cartas de V. R.

Sieruo y hijo de V. R. in X.º,

JO. HIERONYMO DOMÉNECH.

Inscriptio: † Al molto Rdo. in X.º Padre, el P. M. Ignatio de Loyola, prepósito de la Compagnía de Jesús, en Roma.

---

[1] Ms. *schuelas... scholares.*

324

CLAUDIUS DE COUDRETO

FRATRI SUO LUDOVICO

PATAVIO 19 JUNII 1550 [1].

De negotiis suis.—Matrem eorum aegerrime tulisse consilium, quod de cedendis paternis bonis Claudius meditabatur.

Gratia et pax domini nostri Jesu Christi nobis perpetuo adsit.

Puderet me in praesenti uehementerque poeniteret uanitatis et inconstantiae meae, si unquam aliter atque tibi per literas significaui et nunc iterum declarabo, ad matrem scripsissem: monitum me scilicet fuisse abs te uti praediola, quae ad me uenirent, huic, cui ego essem addictus, Societati renuntiarem [2]. Respondisse tibi nihil de hoc toto negotio, nisi prius re ad matrem delata confici posse: nempe cuius potestati mea non modo praediola, uerum etiam reliquam supellectilem, facultates denique omnes libera et publica donatione commisissem: itaque oportere suum in hac re mihi praeberi assensum. Haec solum modo literis matrem docuisse me, cum mea mihi testis est conscientia, tum uero ipsius matris literis liquido peruidebis: ipsaque te res admonebit, ut putes nihil inique, nihil obscure, nihil denique, quo te offenderem, existimationemue tuam laedi posse arbitrarer, a me fuisse actum. Verum euenit, frater, ut, praeter spem atque opinionem meam, mater, relicto propemodum ac spreto literarum mearum argumento, eiusmodi, quales nunc tibi transmitto, literas ad me daret. Una etiam consobrinus noster, Johannes de Freneto, quem, propter eius uirtutem, cuius (ut patrem nobis dicere memini, et nos reuera cognouimus) iam inde usque a puero fuit studiosissimus, huic rei aduersaturum numquam suspicabar: propter eaque

---

[1] Ex autographo in vol. B, unico folio, n. 27, prius 62.

[2] Vida epist. 298, pag. 344; epist. 301, pag. 351 et epist. 307, pag. 360.

rogaram uti rem cognosceret et cum matre communicaret, qui, ubi ea de re cognouit et suas et matris literas ad me primo quoque tempore mittendas curauit, non quidem tales quales expectabam; sed eas, quibus nos probris incessant, et contumeliis afficiant. Cur enim me in hoc numero non reponam? cum maximas mihi ab eo iniurias fieri putem quam tibi, Societatiue uel minimum detrahere studeat? Detrahere quidem sunt conati, sed nunc compotes facti, minime sunt, in cuius enim potestate hoc situm sit? Nihilominus tamen eorum uerbis, tam temerariis, tam retrouerso ac praepostero iudicio et falsis animi inductionibus uehementer sum animo perturbatus, et lectis eorum literis, ancipiti eram cogitatione distractus, utrum eas ad te transmitterem, utrinque enim et quare mitterem et quare non, ratio succurrebat, et rursus dubitatio. Ad postremum placuit ut alteras saltem, consobrini videlicet, tenerem, quoniam hae nihil, quod ad rem nostram pertineret, in se continerent; quamquam in iisdem absenti tibi male loqui, contumeliasque te Societateque indignas dicere non cessaret. Patri tum domino Elpidio iisdem auditis uisum est ut Romam binae mitterentur, quas ubi uideris, quaeso rem totam cum R.do et mihi semper colendissimo Padre domino Ignatio communica: cui ego beneficiorum meritorumque suorum in me magnitudine tantum debeo et debebo semper, quantum cui plurimum. Is itaque, cum omni tempore necessitatibus nostris optime prospexerit, nunc (qua in omnes charitate est) ne tenuissima quidem dubitatio subest, quin si tu ei matris ingenium et naturam exposueris, continuo eidem matri consultum esse uelit, eiusque aerumnis ac miseriis, in quibus eam uersari poteris intelligere, succurrat, et auxilium praestet. Iam igitur iis uocibus non utar, quae solent interdum humanos commouere animos: mater est; ducenda illius ratio; uidendum, ne eo extremitatis et miseriarum deueniat, ut genuisse poeniteat: quae omnia a fracto mollique animo profecta possunt existimari. Illud tantummodo rogo, ne id mea causa accidat, quod et Deo et hominibus impium uideri possit. Quapropter tu, qui rem totam habes cognitam, cum R.do Patre Dno. Ignatio ages, quae pro sua prudentia, quod optimum factu sit, iudicabit. Tu uelim quam primum ad me lite-

ras mittas, quibus docear quidnam sim matri responsurus. Vale et pro me Deum ora. Patauii 13.° calendas Julias 1550.

Tuus in X.o minimus frater,

CLAUDIUS DE COUDRETO.

Inscriptio: Al suo in Christo charissimo fratello, M. Ludouico de Coudreto, in Roma.

Alia manu: Accepi 28 Junii 1550.

325

DIONYSIUS...

FRATRIBUS SOCIETATIS ROMAE

EX SANCTO FELICE 22 JUNII 1550 [1].

Statio Societatis Jesu ad Sti. Felicis.—Eo socii aliquot commigrant, studiis operam daturi.—Oppida circumjacentia excolunt.—Fructus inde percepti.

†
Jhs.

La graçia y amor de Jesu Xpo. nuestro señor seia siempre en nuestro continuo fauor y ayuda. Amén.

Porque por cartas del collegio de Coymbra sabrán particularmente de los hermanos que en éste de S. Finz estamos, y todo lo demás que á esto toca [2], escreueré yo solamente lo que se ha passado después de nuestra llegada, empeçando de agora á cumplir lo que nuestro en X.o Padre Mtro. Ignaçio nos tiene encargado, para después con la ayuda de nuestro Señor proceder en ello como sentimos ser su uoluntad [3]. Tanto que aquí fuimos lle-

---

[1] Ex originali in vol. B, unico fol. n. 171, prius 128.

[2] Has conimbricensium litteras nondum vidimus. Id a Polanco docemur, quod «cum [nostri] arctius habitarent Conimbricae, quia domus nondum erat omnino aedificata et aliqui adversa valetudine laborarent, cumque experientia docuisset quod apud Sanctum Felicem... prospera nostri valetudine uterentur, judicavit P. Simon eos ex nostris, qui anno praecedenti philosophiae cursum inchoaverant, ad Sanctum Felicem esse mittendos.» *Chronicon,* t. II, pag. 133, n. 320.

[3] Cf. POLANCO, t. II, pag. 672, n. 572, annot. 1, et supra in hoc ipso vol., epist. 190, pag. 55 ad calcem.

gados, entre nuestros exercicios spirituales y el studio procuramos tomar alguna inteligentia de la gente desta tierra, para saber cómo en el Señor les podríamos comonicar sin pérdida del studio, é con prouecho de nuestras ánimas y suias, y ansí con la aiuda de nuestro Señor se tuuo buena entrada con algunas personas. Y después que nuestro P. Mtro. Simón llegó aquí, propuéstole por los hermanos la mucha miseria y necessidades spirituales desta gente, que son tantas, que parece auer dellos á gentiles [1] poca diferencia, él, doliéndose de sus ánimas, determinó á cada hermano su perrochia, para que todos los domingos y fiestas las uesitasen, predicassen, enseñasen la doctrina, entendiessen en amizades y otras cosas de seruiçio del Señor y prouecho del próximo.

El primero domingo enpeçarão y fueron luégo tres Padres, cada uno á su perrochia, en las quales predicaron y hizieron la doctrina con mucho concurso y grande heruor de la gente. Después de hecha la doctrina, los uisitaron particularmente, por saber meior de sus necessidades, y poder quitar algunos odios. Estos son el P. Joan de Gouea, el P. Joan Núñez y el P. Aranha [2].

Ultra dellos fueron seis á diuersas partes: scilicet, don Ignatio [3] e Affonso Barreto, á una tierra, que se dize Formaris, tres

---

[1] Ms. gentíos.

[2] «P. Airez Arana.» *Litterae Quadrimestres,* t. I, pag. 211. Porro «naõ acho nome de Santo, que diga com este [Aires], senaõ *Aregius,* a que os Francezes chamaõ *S. Arey,* Bispo de Nevers, ou Sanctus Aredius, Bispo de Gap, Cidade de França, no Delfinado. Os Francezes dizem *S. Arige.*» BLUTEAM, *Supplemento ao Vocabulario Portuguez e Latino,* p. II, *Vocabulario de nomes proprios,* pag. 3.

[3] Duo socii in Sancto Felice eodem insigniti nomine tunc censebantur: «El P. Ignacio de Govea tiene más de cien muchachos y niños y niñas, á quienes enseña la doctrina cristiana... El P. Ignacio Nuñez y Airez Arana tienen otrosí cuidado de otras dos iglesias, donde enseñan la doctrina, que son anejas aquí al colegio.» *Litterae Quadrimestres,* t. I, pag. 211.—Est vero «*Formariz,* freguezia, Minho, comarca de Valença, concelho de Coura, 48 kilometros ao NO. de Braga.» SOARES D' AZEVEDO, *Portugal antigo e moderno,* t. III, pag. 214.

legoas de aquí. Dom Theotonio [1] con Xisto Pinto á Valença [2]. Afonseca [3] y André Uello á Monçón.

Don Ignatio y su companhero iuan á tomar conclusión con un sacerdote, á quien dantes tenía hablado y estaua mouido para la Compañía, y no le allaron, ni otros que después desto buscaron; y por no uenir sin algún fructo, fuéronse á una yglesia parrochiana, do allaron algunos hombres juntos, y en empeçando don Ignatio á hablarles de nuestro Señor, se ajuntaron muchos más hombres y mugeres, los quales quisieron [oir] tanto de los hermanos, que, cansado don Ignacio, les habló aún mui gran spaçio de tiempo Affonso Barreto.

En esto llegó un gallego terriuel, diziendo, entre algunas cosas, que, si allaua [á] el P. Sancta Cruz [4], se lo auía de pagar; nesciebat enim quod ipse fruitur uisione pacis. Al fin quedó tan amigo nuestro y del P. Sanctacruz, que dizía ninguna cosa desear tanto, como ser feligrés de S. Finz, para tener [5] mucha comunicaçión con los hermanos, afirmando que ni en Lisbona ny en otra parte alguna auía oydo tan buena prédica.

Afonseca y André Uello iuan sobre unos nietos de uizconde de Ponte de Lima, los quales son tales, praesertim uno, que bien merece los grandes deseos que los hermanos tienen de uerles sieruos de Dios en esta Compañía. Allende desto fueron á la

---

[1] «Duodecima Junii [1549] Societatem ingressus est Conimbricae Theotonius, legitimi Brigantini Ducis jam vita functi filius, et frater Theodosii Ducis, atque Joannis Regis consanguineus.» FRANCO, *Synopsis Annalium Soc. Jes. in Lusitania,* An. 1549, n. 4.—De quo viro satis multa dici necesse fuit in his MONUMENTIS et *Cartas de San Ignacio.*

[2] «Valença do Minho, villa, cabeça do concelho... do seu nome, 13 kilom. ao N. E. de Villa Nova da Cerveira, 60 ao N. O. de Braga.» SOARES D' AZEVEDO, *ibid,* t. x, pag. 112.

[3] Ad Sti. Felicis «residentiam... concessere Ignatius Azebedius... Gonsalus Alvarus, Martialis Vasaeus, Alphonsus Barretus, Petrus Fonseca aliique nonnulli, universim viginti... Praeerat P. Emmanuel Godinius.» FRANCO, *l. c.*, An. 1550, n. 2

[4] P. Martinus de Santacruz, qui Romae obierat 27 Octob. 1548, cum in urbem venisset ad negotia sodalium lusitanorum transigenda. *Epist. Mixtae,* t. I, pag. 529.

[5] Ms. *ter.*

yglesia maior, adonde allaron ciertos mancebos y clérigos de more iurantes, et turpia loquentes. Empeçando á reprenderles, tuuieron entrada para hablarles despacio, oyéronles siempre con mucha atençión, de la qual plática uno dellos, latino y de mui buenas partes para la Compañía, quedó mucho mouido. Speramos hasta menhana por él para á qué se determinar.

Dom Theotonio y Xisto fueron á uer hun hermano de nuestro H. Clemente, el qual hallaron enfermo en la cama. Hablaron mucho de nuestro Señor con el padre y la madre, los quales quedaron tan mouidos, que el descontentamiento que tenían, de su hiio les auer dexado [1], se les conuertió en mucha consolación.

El lunes seguiente fueron quatro hermanos á Tui para hablar á los estudiantes, y, bendito nuestro Señor, hízosse más de lo que speráuamos; porque en el camino, hablando con un clérigo, le mouió Dios para seruirle en la Compañía, que era buen latino y de otras partes conuenientes. No quisieron concluir con él, por ser cosa assí de repente, y llegados á Tui, en la yglesia maior, juntos muchos estudiantes, les hablaron por un buen rato. Dellos supieron que auía en la ciudad hun sacerdote, buen latino y uirtuoso, que estaua para de ahí [2] á ocho días dizir missa nueua. Dos de los hermanos fueron á uerle, para con aquella primera uesita después le poder meior conuersar en el Señor. Quedaron mui amigos, y él con prepósito de ir aquí á S. Finz [á] oir una leción de griego, que el Padre quiere que se lea, assí para los hermanos, como también por ser medio para los mijores estudiantes destas partes acudíen á casa, de cuia conuersación, con la aiuda de Dios, uendrán algunos á dexar al mundo, para seruir al rey de la gloria.

Otro compaheiro deste Padre, mui buen latino y ábil, hablándole hun hermano, quedó tan mouido, que dizía ninguna cosa desear tanto, como ser esclauo de los hermanos. Speramos por él un día destos para se determinar. Despediéndose el hermano dél, le pedió mucho que le dexasse alguna cosa suia. El no tenía

---

[1] Ms. *lexado*.

[2] Ms. *day*.

qué, é porque ia de los estudios le conoçía, que fueron condiscípulos, le hizo allí estos quatro uiersos:

Vita breui transit, grauibus sociata periclis,
  Et nos, quae sequitur mors uiolenta, rapit.
Ergo precor breuius tibi consule, fac tua cures,
  Dum licet, et quod uis nunc tibi tempus adest.

En este tiempo otros dos hermanos fueron al estudio, y acabada la leçión, salidos para fuera, se apartaron, y luego fueron çercados de muchos estudiantes. Vno platicó sobre cómo con las letras se deurían deprender las uirtudes. El otro prouocaua á la confessión. Luego en el principio muchos contradizían, praesertim los gallegos, que auía allí muchos. Esto ençendió al [1] hermano de manera, que les hizo sobre la confessión de allí adelante la plática con mucho feruor; y como uió que por la bondad del Señor ya estauan mouidos, conçertó con ellos que el sábado seguiente empeçassen á confessarse aquí en S. Finz, y tomó papel y tinta para escreuir los nombres de los que quedauan de fazerlo. Anssí era cosa para dar graçias á nuestro Señor, porque con mucho feruor se iuan los estudiantes por el campo amonestar los otros á la confessión, é trahiãolos para que se escreuiessen también. Otros, temiendo que no los escreuiessen, lembrauanlo [2]: estos todos serían más de çiento.

Después desto el hermano les tornó á hazer otra plática, auisándoles que les auían de uenir muchas tentaçiones, y de cómo les resistirían; y despedidos dello, ueniéndose ya los hermanos, en una calle encontraron algunos de aquellos estudiantes con quien auían hablado, que trabaiauan con uno, que se fuesse [á] confessar con ellos. También en casa del obispo acabó un hermano con su camarero que se confessasse muchas uezes, y anssí se boluieron á casa, dando muchas graçias al Señor, cuio todo lo bueno es.

El por su bondad nos dé su graçia complida, para que siem-

[1] Ms. *el*.
[2] monitos eos volebant, in memoriam revocabant.

pre sintamos su sanctíssima uoluntad, y aquella enteramente cumplamos. Amén.

Deste Collegio de S. Finz á XXII de Junio 1550.

Minimus,

DIONISIUS.

Inscriptio: † Para los charíssimos hermanos, em Roma.

326

BARTHOLOMAEUS HERNANDEZ

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

SALMANTICA 30 JUNII 1550 [1].

De actis P. Michaelis de Torres cum toletano praesule.—De piis nostrorum operibus.—Dissidentes diu animi in concordiam revocati.

†
Jhs.

Admodum Rde. in X.o Pater.

Gratia et pax domini nostri Jesu Christi et consolatio sancti Spiritus sit semper nobiscum. Amen. Superioribus litteris certiorem reddidi paternitatem tuam de profectione Patris doctoris Torres in vrbem toletanam, hocque iter comitis de Mélito caeterorumque nonnullorum equitum [2] precibus compulsum suscepisse: potissimum tamen vt archiepiscopo toletano rationem atque seriem instituti Societatis nostrae proponeret atque manifestam faceret. Nunc ergo reliquum est vt scribam quid illic, Domino cooperante, peregerit.

Vbi igitur Toletum peruenit, primum omnium archipraesulem adiit, qui, etsi erga Societatem minus bene affectus videretur,

---

[1] Ex autographo in vol. B, duplici folio, n. 175, prius, 144, 145.—Duplex exstat hujus epistolae exemplar autographum: alterum latinum, hispanicum alterum; primum edendum duximus, tum quia latina lingua exaratum, tum quia paulo uberiorem rerum expositionem habet. Epistola hac usus est POLANCUS, t. II, pag. 106, n. 255 et pag. 118, n. 276.

[2] Ad oram paginae scripsit Polancus: «et quorumdam aliorum nobilium».

doctorem tamen, cum quo iam a pluribus annis summa conjunctus est necessitudine, benignissime excepit, illiusque consortio ac praesentia summo opere est delectatus, adeo vt talis hospitis aduentu beneficium potius accepisse quam contulisse videretur. Cujus rei illud abunde magnum est argumentum, quod mensae ipsius semper cuperet comitem assistere, vixque illum minimo temporis interuallo a se sineret abesse, et, vt verbo [1] dicam, tot ac tanta doctori nostro amoris et beneuolentiae exhibuit argumenta (si modo haec verae dilectionis signa dicenda sunt), vt maiorem fere temporis partem, quo ibi mansit, in hoc insumeret, vt, multis illum persuasionibus amplisque prouentibus oblatis, ad se pertraheret, atque perpetuo in suo obsequio retineret. Animaduertens tandem se frustra adniti nullaque prorsus ratione effici posse quod ipse totis viribus praetendebat, attonitus rei miraculo, rem secum considerabat, admirans aurum igne examinatum, probatum terrae, purgatum septuplum [2], quamuis in ea opinione persisteret, fore vt huiusmodi aurum clarius reluceret, si nobiliori metallo caelatum includeretur. Post haec, visis diplomatibus ac priuilegiis religionis nostrae, longo sermone pertractarunt de modo et ordine instituti nostri, atque, quantum licuit colligere, nihil eorum ipsi displicebat, hoc vno dempto, quod nequaquam probabat, scilicet, Societatem dictis priuilegiis vti posse nolentibus etiam ac reluctantibus ordinariis et episcopis, inquiens minime decere tantam modestiam et humilitatem, quam vltro profitemur, eximi a debita reuerentia et obedientia superiorum suorum. Huic objectioni respondit Pater doctor, non obstantibus omnibus priuilegiis, nolle tamen paternitatem tuam vt quisquam tuorum hac vtatur potestate, nisi prius petita facultate ab episcopo : itemque huiusmodi exemptionem non fuisse summo pontifici propositam vt illam concederet, sed hanc esse frasim ac styllum curiae romanae. Caeterum hac responsione non contentus, quidquid sit (inquit ipse), arbitrio vestro relinquitur plena ista potestas.

---

[1] Ms. *numero*.
[2] Ps. xi, 7.

Toleti moratus est Pater doctor per totum mensem, vbi interea temporis Societatis viuendi rationem nonnullis palam fecit, ostensis etiam diplomatibus, si quando id videretur expedire, veluti illius ciuitatis inquisitori et episcopo vticensi [1], viris et authoritate et morum probitate venerandis, quorum vterque pio ac deuoto in Societatem affectu suum patrocinium ac fauorem, si se offerat opportunitas, pollicetur. Conuenit et praetorem ciuitatis et comitem de Fuensalida [2] aliosque id generis viros, quos vsque adeo reperit in hanc religionem propensos, vt, si duodecim ex nostris illuc ad praesens mitterentur, verisimiliter existimet non defuturos qui alimenta praeberent: quod exinde colligi potest, quandoquidem commendatarius de Herrera, vir dictae ciuitatis nobilis ac generosus, viginti ducatos Patri doctori in eleemosynam est elargitus, tantundem, si promissis steterit, singulis annis elargiturus ad sustentationem vnius scholaris. Comes de Mélito [3] ea benignitate ac humanitate doctorem suscepit, qua illum tua paternitas excepisset, ipsumque, multis precibus conuictum, domi suae detinuit ad aliquot dies. Is vir non secius rem agit Societatis, quam si voto professionis eidem addictus esset: discedenti doctori duodecim aureos suppeditauit ad necessitatem itineris.

Vale dicturus doctor noster archiepiscopo, sciscitatur ab illo ecquid tandem sentiret de hac Societate. Cui ille respondit illud vnicum sibi non probari, nimiam (inquam) potestatem illam, cujus supra mentionem fecimus; reliqua vero per omnia sibi placere: vnde et subiungit sibi in animo esse in patria sua feminarum, non quarumlibet, sed consanguinearum dumtaxat, monasterium extruere, adjiciens juxta illius situm locum esse ipsa amoenitate commendabilem, vbi viris piis ac religiosis domus erigi posset,

---

[1] Erat hic «Pedro Campos, que murió el año 1551 en Toledo de Canónigo Magistral y Obispo titular de Útica, que ocupó aquel púlpito con mucha gravedad y unción evangélica.» V. DE LA FUENTE, *Historia de las Universidades...*, t. II, pag. 206.

[2] Petrus López de Ayala, comes IV de Fuensalida. POLANCO, t. II, pag. 107, n. 256, et pag. 796.

[3] Didacus Hurtado de Mendoza.

qui dicti monasterii curam gererent. Quibus verbis latenter insinuauit, solis religiosis Societatis nostrae hujusmodi negocium confidenter se commissurum, hinc commendata loci dispositione, asserens totam regionem aptissimam esse ad suscipiendum semen euangelicum, et si non aperte, sub quibusdam tamen verborum inuolucris doctorem rogauit, vt hanc susciperet prouinciam, quam, vt non acceptauit, sic nec omnino refutauit. Postremo, iam iam discessurus, doctor significauit illi rem Deo gratam facturum, si aliquot scholares huic Societati destinatos aleret, quandoquidem et suos haberet alumnos Compluti. Cui ille respondit, in reditu (cupiebat enim et sperabat Patrem Toletum rediturum) hac de re sermonem fusiorem ad inuicem habituros. Dedit nihilominus tredecim aureos in leuamen itineris. Haec sunt quae circa praesulem toletanum et caetera, quae ibi gesta sunt, scribenda videbantur.

Quoniam autem per priores literas fuse satis scripsi de omnibus his, quae Dominus dignatur operari, assumpto pro instrumento doctore nostro, non hic ea iterum recensebo, ne nimis frequenti rerum earundem repetitione merito molestus videar. Exercitia ac studia spiritualia solita in dies augentur, auxiliatrice gratia; nec vnquam desunt piae ac sanctae occupationes, quibus proximorum vtilitatibus impendi posset opera, si plures essent operarii.

Pater doctor, praeter binas lectiones, quas domi fratribus praelegit, alteram logicis, alteram confessoribus summulam Gaietani [1], nunquam non occupatur charitatis operibus, tum pauperibus et carcere inclusis patrocinando, tum judicibus, quod justum est, consulendo, tum etiam operam dando vt interdicta, quae hic frequentissima sunt, auferantur. Audit et non raro confessiones, easque arduas, vt sunt illorum, qui conscientias habent intricatas grauibus curis et negotiis hujus saeculi nequam. Fratres quoque domestici suis sunt intenti studiis ac exercitiis tam literariis

[1] «Thomas de Vio... edidit quoque: *Summam de casibus*, e sua patria *Caietanam* dictam, compendiosam ac resolutam, tamquam memoriale quoddam pro doctis.» ALTAMURA, *Bibliotheca dominicana*, pag. 260.

quam etiam spiritualibus, sed et confessionibus audiendis exercentur, quae nunquam desunt, diebus praesertim dominicis ac festis solemnibus, fereque, quotquot dictis diebus confitentur domi nostrae, sacram sumunt Eucharistiam. Est et qui diebus dominicis in villula prope Salmanticam pueros doceat prima rudimenta christianae religionis.

Adsunt et nonnumquam morituris, vt, operante Dei auxilio, praeparent animam, breui vitae suae rationem reddituram coram justo judice, Deo: ad quod opus saepe vocantur aliqui nostrorum, idque magna uocantium ac morientium deuotione. Speciatim nunc referam quid circa hoc acciderit paucis ab hinc diebus. Nam vno et eodem die duobus hominibus laetale vulnus inflictum est. Vnus erat laicus, arte mechanica sibi familiaeque suae victum quaeritans, alter vero juuenis nouemdecim circiter annorum, hujus vniuersitatis alumnus; quod statim atque contigerat, accersiti sumus. Itaque Pater doctor, vt praesenti necessitati succurreret, ipse, vno fratre comitatus, pergit ad vnum illorum: duos vero nostrorum mittit ad alterum, vbi primo omnium data est opera sedula vt peccata confiterentur, et his ex animo condonarent, qui vulnus intulerant. Junior illorum, quem scholarem dixi, fratrem habebat canonicum in ecclesia cathedrali salmantina, cui et cohabitabat; caeterum hic non incongrue illud accommodari potest, quod divus asserit Augustinus [1], cum Deus omnipotens summe bonus sit, nequaquam vtique malum fieri permitteret, nisi ex malo bonum sciret elicere. Sic igitur vere, Domino permittente, factum est, vt hic juuenis ad mortem vulneraretur, atque in aedes fratris sui inibi moriturus deferretur; ex hoc enim consequenter effectum est, vt canonicus ille cum matre sua, inter quos iam dudum graues intercesserant inimicitiae, rediret in gratiam. Audiens enim mater filium vulneratum, iamque morti destinatum, non potuit maternus affectus charissima viscera sua non videre amplexarique antequam ab oculis suis avellerentur. Hac ergo de causa venit mater in domum canonici, quam cum adesse cognovisset, fugiens a conspectu ejus, secessit in secretio-

---

[1] In *Enchirid.*, n. 11, 27.

res partes domus suae. Hoc autem resciscens vnus ex nostris, qui tunc ibidem aderant, socio ipsius infirmi ac moribundi confessionem audiente, canonici mentem prius sancta exhortatione emollire pro uiribus adnititur, cujus verbis tantam energiam contulit Deus noster, vt ipsum, alias juuenem pertinacem et a consanguineis caeterisque nonnullis super hac re crebrius obnixe rogatum, eo deduxerint, vt iam paratus esset matrem supplex adire. Accedit igitur filius ad matrem, et aperto capite, debitaque reuerentia exhibita, ignorantiarum juuentutis culpas deprecatur : vt ignoscat mater humiliter petit, manumque porrigi deosculandam inclinatus rogat. Matre autem loqui renuente faciemque a filio auertente, ipsam frater noster, sicut et filium, Domino adjuuante, conuertit, efficitque, vt filio manum praebeat osculandam, seque mutuo amplexentur, colloquantur, ac omnino reconcilientur. Jesus Xpus., dominus noster, a quo totius origo boni dimanat, laudetur, benedicatur et superexaltetur in saecula. Amen. Uterque infirmorum eodem die eademque hora ex hac vita migrauit ad Dominum, satis conformes, quantum videre licuit, diuinae ordinationi. Glorificetur Dominus in omnibus et per omnia, nobisque illam gratiam dignetur impartiri, qua ipsi vere et fideliter seruiamus. Amen.

Salmanticae pridie calendarum Julii, anni M.D.L.

Indignus filius tuus,

† Bartholomaeus Hernández.

Inscriptio: †Jhs. Admodum Rdo. in X.º Patri M. Ignatio, praeposito generali Societatis Jesu, etc. Romae.

Manet vestigium sigilli, tum in latino, tum in hispano exemplari: hoc postremum invenitur in eodem vol., duplici folio, n. 176, prius, 146.

327

JACOBA DE CROY
PATRI IGNATIO DE LOYOLA

BERGIS I JULII 1550 [1].

P. Nicolaum Gaudanum ad se remitti postulat.

†

Gratia domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus nobis. Amen.

Quamquam, vir piissime Ignati, frequentes ad tuam dominationem literas mittens, exaudita nondum sum; tamen, confisa et negotii quod agitur pietati, et tuae humanitati, omnino me impetraturam confido, quod saepius tuam dominationem oraui, quod etiam quam possum obnixissime oro, vt, quod postremis ad nos missis literis in tempus opportunum differre videbaris, nunc demum praestes: nimirum, ut M. Nicolaum Goudanum, quem hinc evocasti, quo posset tibi constare et eruditio et viri pietas, utque, secundum instituti vestri rationem exercitatus, in messem dominicam iam frugi seruus mitti posset (hae enim, quantum memoriae iam subit, adducebantur euocationis eius causae), remittere ad nos digneris, vnde, velut e medio cursu, abreptus est abhinc annos duos, idque cum multorum dolore, vtinam non cum pietatis dispendio. Iam autem nihil tale causari poteris, aut quod is ignotus sit vobis, aut minus secundum instituti vestri rationem exercitatus; duos enim annos totos istic egit. Oramus igitur vt huc eum redire iubeas, vbi rudem populum erudire queat, quem ad venetos ablegatum audimus, vbi nostro judicio, nec falso fortasse, longe minorem fructum facere potest quam hic, utpote linguae nostrae callentissimus. Nescio autem qui fiat, quod viri huius memoria apud me nunquam obliterari queat, sed semper vrgeat animus (Deo, ut spero, impulsore excitatus) vt ab orando

[1] Ex originali in vol. B, duplici folio, n. 194, prius 169.

non desistam, quin eum a te exorauero: eum si negare pergas, ego orare quoque pergam. Imo spero Deum, qui me, vt te orare pergam, excitare non desinit, tibi eundem mecum animum indituruın, vt huc tua redeat voluntate, qui hactenus et Romae egit, et nunc Venetiis agit tua voluntate, cui sic addictum esse minime dubitamus, vt quocumque migrare ipsum iusseris, haud grauatim sit obtemperaturus [1].

Parce, precor, Rde. Pater, meae in scribendo et orando importunitati: egenti enim, vt dici solet, inutilis pudor, praesertim apud eum, qui possit auxilio esse, et pro sua humanitate velit. Dominus Jesus te in multos annos servet incolumem, et pios tuos conatus, pro sua ecclesia a te susceptos, pro sua solita misericordia provehere dignetur.

Bergis calendis juliis.

Vostre humble fylle en Jesus Chryst,

JAQUELYNE DE CROY.

Inscriptio: Jhs. Rdo. in Christo Patri ac domino, D. Ignatio de Laiola, fratrum nominis Jesu superiori. Romae.

Alia manu: 1550. Della Marchese di Bergas, del p.o di Luglio.

---

[1] Non annuit Ignatius marchionissae, qui Nicolaum Gaudanum de sententia summi pontificis in Germaniam miserat. Vide POLANCO, t. II, pag. 80, n. 180, annot. 2; qui ad annum 1549 in *Chronicon* suum haec etiam retulit: «Reditus Patris Nicolai Gaudani, magnis precibus adhibitis, a Marchionissa Bergensi petebatur, quae ab eo pendere non unius civitatis, sed magnae partis Bravantiae salutem scribit.» POLANCO, t. I, pag. 416, 417, n. 438.

328

FRANCISCUS DE VILLANUEVA

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

COMPLUTO 2 JULII 1550 [1].

Scholastici plures Societati nomen dedere.

†
Jhs.

Muy Rdo. en Xpo. Padre.

La gratia y paz de Jhu. Xpo. sea siempre en nuestro contino fauor y ayuda. Amén. Al principio de Junio escreví á V. P. y di quenta así de la salud destos hermanos como del fruto que el Señor se dignaua hazer por ellos.

Acerca de la salud, por la gracia del Señor, no ay cosa nueva de qué avisar: todos están buenos, y cada vno trabaja [en] aprovechar así en letras como en virtud.

Ay más miese en que se poder enplear en este pueblo, que obreros, y con dificultad se a podido corresponder hasta [ah]ora á los que en exercicios se deseavan aprovechar. Al presente ay tres en casa, y otros están esperando á que aya lugar: todas personas de mucha avilidad. An entrado aquí dos muy buenos latinos, griegos y filósofos del colegio de Trilingüe, y otros dos an ydo á Gandía, ambos [2] también retóricos y griegos, y el vno dellos ya pasado su curso de artes.

Ahora están para entrar otros dos licenciados del mismo collegio con las mismas partes, digo latinos, rretóricos, y griegos, y licenciados en artes; y ultra destos, de los tres que ahora están en exercicios, el vno es bachiller en artes, y ya determinado á la Compañía; el otro es licenciado en artes, y entró con esos propósitos; el otro es del mismo colegio de Trilingüe, á

---

[1] Ex autographo in vol B, duplici folio, n. 102, prius 160

[2] Ms. *danbos*.

quien se solía encomendar orationes públicas en el teatro [1]. Están muy admirados en esta universidad de ver que parece que andamos escogendo la flor della para esta Conpañía, y más se espantarían si supiesen el poco negocio que en ello nosotros tenemos. Pienso yrán dos de los dichos á Salamanca, teólogos, y los demás se rrepartirán hasta que el Señor sea servido de dar aquí con qué se puedan sustentar; que no poco fruto se pierde en no poder aquí hazer presencia los que el Señor llama.

De Quenca me an escrito [que] ay muchas personas que esperan que yo vaya allá. Porque el doctor [2] a dicho que yo tenía de yr con él á Gandía, y así dize que, en no aver ydo, se a hecho falta. Pienso en el Señor me avré de partir presto, si otra cosa no se ofrece. Spero en el Señor se a de servir dello. En las oraciones de V. P. y de nuestros Padres y hermanos caríssimos en Xpo. pedimos ser encomendados. Nuestro Señor sea en nuestras ánimas.

De Alcalá á 11 de Julio 1550.

Indigno hijo de V. P.,

FRANCISCO DE VILLANUEVA.

---

[1] Vide epist. 294, ubi a CASTRO, *Historia* ms. *del Colegio de Alcalá*, nomina eorum, qui Societatem per id tempus inierunt, mutuati sumus. De collegio autem *Trilingüe*, sive trium linguarum, cujus heic et alibi mentio saepe fit, juvat haec describere ex V. DE LA FUENTE, *Historia de las universidades, colegios y demás establecimientos de enseñanza en España*, t. II, pag. 80: «Vino en pos de estos el célebre Colegio Trilingüe. Fundó este Colegio el Rector Mateo Pascual Catalán, el año de 1528, conforme á los proyectos y deseos del Venerable Fundador [Franc. Jiménez de Cisneros], dedicándolo á San Jerónimo. Había en él 30 becas; 12 estudiaban latinidad y retórica, otros 12 griego, y 6 hebreo..... Logró en breve este Colegio una gran celebridad, que nunca alcanzó el de Salamanca, aunque envió allí comisionados para estudiar su organización, métodos y disciplina. La estancia era de tres años. Era de notar que, en vez de tener lectura al tiempo de comer, se obligaba á un Colegial á decir la lección y comentarla. De aquel Colegio salieron muchos profesores para enseñar idiomas en varias escuelas, y para ayos y maestros de personajes nobles. Dícelo Alvar Gómez (folio 226): Ex hoc seminario Principum et optimatum filiis institutores egregii dantur, et grammaticorum per universam Hispaniam gymnasia, ad juventutem instituendam, excellentes praeceptores sortiuntur.»

[2] Dr. Alphonsus Ramírez de Vergara.

Inscriptio: ✝ Jhs. Al muy Rdo. en Xpo. Padre, el P. Mtro. Ignaçio de Loyola, prepósito general de la Compañía de Jesús, en Sta. María de la Estrada, en Roma.

Al porte medio real.

329

JACOBUS CAMPS

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

HISPALI 16 JULII 1550 [1].

Familiam quamdam religiosam, ex hominibus uxores habentibus coalescentem, instituere meditatur: Ignatii hac de re sententiam rogat.—Res Societatis Jesu avet scire.—Suas Hispali aedes sociis offert.

IHS
✝

Jesu Christo Dios nos dé graçia para bien obrar.

Después que de essa ciudad me partí, e andado fluctuando en este golfo del mundo con diuersas fortunas hasta dos años y medio a, que llegué á esta çiudad con desseo de dedicar á Jesu Christo nuestro señor lo que me quedaua de vida, y de trabajar en effectuar vnos viejos mis desseos en su seruicio, que son estos: instituyr vna manera de religión de hombres casados, que en vnas casas como monasterios biuiessen en común y trabajassen en todo lo que para la vida humana es necessario, tiniendo también de ordinario sus exerçisios spirituales, y empleándose quanto pudiessen en el prouecho de sus próximos, con grand libertad de bien obrar, y ninguna de mal, sin que se les fuesse á la mano. E mostrado las reglas deste biuir á algunas personas, que les an paresçido bien. Este negosçio, me paresçe, que se a de començar con niños y niñas, criados para este effecto, y con personas que á esto quiziessen venir. Y para tener más oportunidad de dar prinçipio á esto, considerada mi poca possibilidad, a más de dos años que con el fauor del Señor instituí en esta çiudad hun colegio, en el qual se enseña con christiandad y buena criança, leer,

---

[1] Ex autographo in vol. B, unico folio, n. 172, prius 166.

scriuir, y gramátiga á hijos de hombres ricos, que están commensales en él y lo pagan, y de seys meses á esta parte se crían doze niños pobres en esta casa para el sobredicho effecto, y nos començamos á juntar hombres para ello.

Ame paresçido dar parte á V. m. desto, por las muchas causas que para ello ay. Suplícole por amor de Jesu Christo que me scriua su parescer sobre ello, y si quiziere ver las sobredichas reglas, también se las imbiaré, y resçebiré merced de ver las de su religión, que me an dicho que se an diuulgado [1].

En corte tuue familiaridad con el P. Mtro. Pedro Fabro, que esté en gloria, y con el liçençiado Araoz [2], del qual a días no sé algo, y lo desseo.

Anme dicho, que an de venir de essos sus padres á poner vna casa. Yo tengo vna casa exçellente, donde moro, que son las casas viejas del marqués de Tarifa [3], á Sta. Marina, de que se podrán seruir, y de mí de todo lo demás para que fuere bueno. Si algunas cosas nueuas ay de su religión, y del acresçentamiento della, y de cómo succeden las cosas de la India de Portugal, que Mtro. Fabro me dixo grandes cosas dellá. Si de las cuentas benditas pudiesse imbiarme algunas, aunque fuesse dentro de carta, resçibiría merçed, y sobre todo que V. m. y essos sus Padres nos encomienden á Dios, El qual nos dé graçia de bien acabar.

De Seuilla xvi de Julio 1550.

Dupplicada de otra imbiada con cartas de Dimas Camps [4].

De bien pobre,

Jayme Camps.

---

[1] Rescripsit quidem Ignatius, sed a dando consilio, quod petebatur, abstinuit.

[2] Ms. *Arauz* vel *Aranz*.

[3] Marchio i de Tarifa, Fridericus Henríquez de Ribera, obiit 3 Novemb. 1539, vel, ut alii malunt, 6 Novemb. Ortiz de Zúñiga, *Anales de Sevilla*, t. iii, pag. 378-380; Petrus Afán Henríquez de Ribera, marchio ii de Tarifa et dux i de Alcalá de los Gazules, decessit Neapoli 2 Aprilis 1572. Zúñiga, *l. c.*, t. iv, pag. 59.

[4] Archidiaconus barcinonensis, de quo infra erit sermo. Polanco, t. ii, pag. 658, n. 542; t. iv, pag. 357, n. 763, annot. 3.—Quia vero haec epistola

Inscriptio: † Al sieruo de Jesu Christo nuestro señor, Híñigo. en Roma.

330

BERNARDINUS DE SALINAS

PATRI JOANNI DE POLANCO

FLORENTIA 31 JULII 1550 [1].

Diversari se apud Ludovicum de Polanco: quamprimum Romam iturum, ut cum ipso agat.

†

Muy reuerendo señor.

Epistolas diversorum continet 233, continua serie stilo lapideo coloris rubri nuper numeratas. Numeri singulis epistolis, non autem foliis, inscripti sunt. Olim folia suis numeris distinguebantur: quo ordine, nobis incompertum est; nam, ut videtur, volumen hoc ex diversorum codicum monumentis coagmentatum fuit. Haec coagmentatio facta fortasse est, currente hoc saeculo, ordine *alphabetico* personarum in collocandis epistolis constituto, cui tamen ordini, numeri foliorum minime respondent; nam epistola 1, verbi causa, praefert antiquum numerum 588, secunda vero 98, etc.

Epistolis praeponuntur folia 3, quorum 1.um et 3.um pura sunt: in secundo haec leguntur: «Epistolae | Ab anno 1549 ad annum 1550»

Sequuntur nomina auctorum epistolarum et locorum, unde missae sunt, in hunc modum:

«Adriani Adriano—1549-1550 da Anversa [sic]
Araos Francesco [sic] » » » Barcellona e Vagliadol.»

Et tredecim lineis interjectis, in quibus auctores alii commemorantur, absolvitur catalogus in hunc modum: «Torres D.r

Fran. [sic] 1549. De Salamanca | Villanova, Fran. 1549-1550 de Alcalá | Mixtae 1549-1550.»

Hic autem catalogus plenus non est: non enim complectitur nomina externorum, qui epistolas conscripsere, quarum haud contemnenda invenitur in hoc volumine multitudo.

Epistolae omnes maxima ex parte *autographae* sunt: in scriptura summa cernitur varietas: quaedam, nitide exaratae, perspicue leguntur; aliae obscure scriptae, atramento consumptae aut tempore scissae, non sine labore legi possunt. Sed hae paucae numero sunt.

Prima voluminis epistola est Patris Adriani Adriaenssens, quae sic incipit: «Jhs | Gratia Dni. nostri Jesu X.i abundet semper in cordibus nostris.» Desinit: «Patavii, ipso die Paschae, anno 1549. | Vester indignus filius in Domino. | Hadrianus Hadriani | ab antuerpia.»

Haec Patris Adriaenssens epistola a nobis non editur, quippe quae edita jam fuit, *Litterae Quadrimestres,* t. 1, pag. 150.

Ultima vero hujus voluminis epistola, 223, cui olim obtigerat numerus 94, exorditur: «† | Sanctisimo y beatísimo Padre | El R.do maestre Lainez, persona de gran religión.»

Absolvitur: «exercitación de semejantes obras. De Trapana | a XVIII de Octubre 1550.» Haec habetur supra, n. 346, pag. 477.

Codex 2.

Epist. Mixtae. vol. C.—Volumen in fol., non compactum, cujus in dorso pergameno haec recens posita est inscriptio, atramento exarata: «EPISTOL. | MIXTAE | 1551-52.»

Habet epistolas 207, ex ordine stilo rubri coloris nuperrime numeratas: folia diversis numeris signantur, utpote e diversis codicibus in hoc volumen collecta, ut in descriptione codicis B dictum est.

Epistolae primae duo folia minoris magnitudinis praefiguntur, quorum secundum purum est: primum generalem epistolarum indicem continet, vel potius indicem auctorum e Societate Jesu ordine alphabetico confectum. v. g. «Epistolae | Annor.

1551-52. | Adriani Adriano—1551-52—da Lovanio» Desinit in altera pagina: «Vittoria — — 52 — Vienna | Mixtae 1551-1552.»

Quo postremo titulo, sc. *Mixtae,* comprehenduntur externorum epistolae, ad secundam, ut ita dicamus, voluminis partem rejectae, quarum auctores heic non commemorantur.

Epistola prima hujus voluminis, olim numero 388 signata, est Patris Adriani Adriaenssens. Initium est: «Jhs | Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus nobis. Amen. | Reverende ac amantissime in Christo Pater: 11 hujus scripsi.» Finis vero: «Adrianus Adriani ab Antuerpia | indignus sacerdos Societatis Jesu.»—Haec epistola, utpote in lucem jam emissa, *Litterae Quadrimestres,* t. 1, pag. 452, heic praetermittitur.

Ultima voluminis epistola, quae olim numero 17 distinguebatur, sic incipit: «† | Gratia et pax Christi. | R.do Padre. Ho letto le littere...»

Clauditur vero his verbis: «mi rispose che uorebe fussi scrito.» Eam habes supra, n. 496, pag. 859.

Quae de epistolis codicis B dicta sunt, ad earum auctores quod attinet, scriptionem et varietatem, dicta hic quoque habeantur.

Codex 3.

Cartas de personas célebres.—Codex hic in fol., chartaceus, non consutus, cui titulus: «CARTAS DE PERSONAS CÉLEBRES», descriptus a nobis est supra, *Epist. Mixtae,* t. 1, pag. 602, n. 8.

Codex 4.

«*Goan. Malaba.* | *Epistolae* | 1545-1560.»

Codex hic descriptus est supra, *Epist. Mixtae,* t. 1, pag. 602, n. 6.

Codex 5.

Litterae Quadrimestres.—Quatuor volumina in folio, chartacea, composita, pergameno tegmine cooperta, nostro, ut existimamus, currente saeculo, e variis diversorum codicum monu-

mentis in unum collectis, conformata. Haec plerumque duplici, quandoque etiam triplici, notata sunt numero. Altero, recenti, quo epistolae continua serie signantur; altero autem, antiquo, quo, nullo servato ordine, distinguuntur folia, quamvis non omnia.

In collocandis epistolis, ad haec quatuor volumina concinnanda, nullus constans et firmus ordo servatus est, nec personarum, nec temporis; tametsi aliqua imperfecta temporis, loci ac scribentium ratio habita sit. In initio et fine cujusque voluminis illae generatim positae sunt epistolae, quae *Quadrimestres* non sunt, et nota temporis aut anni, et quandoque etiam subscriptione, carent. Ideo in nostra *Litterarum Quadrimestrium* editione locum non habuere.

Haec in genere dicta sunt: nunc de singulis voluminibus pauca.

1.um vol. hanc in dorso praefert inscriptionem, atramento exaratam: «EPIST. | QUADRIME | STRES | 1547-52.» Epistolas continet 164. Antecedunt 4 folia numeris non distincta, in quorum altero scriptum est: «Epist. Quadrimestres | 1547-1552.» Reliqua vacua sunt. Post epistolam 164, unum tantum est folium purum, non signatum.

Prima epistola incipit: «Jhs. La somma gratia et amor... Hauendomi auisato di tutta la Compagnia...» Et desinit: «acciochè sentiamo sua santissima uoluntà, et quella faciamo sempre.» Est epistola ad universam Societatem Jesu, anno 1543 Roma missa.

Ultima epistola incipit: « † Copia de vna carta... para el H. don Antonio...» Et desinit: «discjpulos del P. Aujla, doctos y de mucho exemplo y vjrtud, moujdos que entrarán en la Compagñja.»

2.um vol., cui haec in pergamena membrana inscriptio est, atramento exarata: «EPIST. | QUADRIM | 1553-54. | » Continet epistolas 235, quas antecedunt tria folia non signata. Primum est omnino purum. In secundo legitur scriptum: «Epist. Quadrimestres | Annor. | 1553-1554.» Tertium continet indicem epistolarum.

Epistola prima incipit: «Eugubium. Gratia et pax etc. Quos

in secundo quadrimestri...» Et desinit: Perusj, non. Februarij 1553... Everardus Mercurianus.»

Ultima vero epistola exorditur: «Religiossimo [sic] e muy Reuerendo padre. La suma... Después que el nombre...»

Finis autem epistolae est: «en sus debociones para que açiert...» reliqua, consumpta charta in ora inferiori, perierunt.

3.um vol. sic inscribitur: «EPIST. | QUADRIM | 1555.» Epistolas continet 188, suis numeris signatas, quibus tria folia non numerata praeponuntur. Primum vacuum omnino est: secundum exhibet inscriptionem: «Epist. Quadrimestres | Anni 1555.» In tertio epistolarum index continetur.

Prima epistola, quae anno et subscriptione caret, exorditur: «Jhs. Gratia et pax... Cum diversis e locis...» Clauditur his verbis: «perpetuo inter omnes celebretur.»

Ultima epistola sic incipit: «Jhs. R. admodum P. Pax X.i etc. Cum sit nobis...» Absolvitur vero ita: «procellis animum despondeamus... Pinciae 17 calendas januarii. R. P. T. Servus et indignus filius in X.o» Desideratur subscriptio.

4.um vol. litteris in corio, membranae apposito, deauratis, hac notatur inscriptione: «EPISTOLAE | QUADRIMESTRES | Anni 1556.» Post novem folia pura, numeris non signata, epistolas complectitur 209.

Prima sic incipit: «Jhus. Pax X.i Per far' parte a V. R...» Completur autem hisce verbis: «Di Roma il p.o de Gennaio 1556... Giouan Philipp... pel suo maggior seruigio.»

Clauditur volumen epistola sic exorsa: « † Pax Christi. Molto R.do in Cristo p. per far lobedientia...»

Finis vero imponitur huic ultimo volumini his verbis: «Di Praga dí 24 di Ottobre 1556. D. V. P. seruo et figliolo indegno, Jonas.»

Codex 6.

Historia de la provincia de Aragón de la Compañía de Jhs., compuesta por el P. Gabriel Alvarez.—Descriptum est hoc opus, 2 vol. constans (Vol. I, pag. 1-827; Vol. II, pag. 1-845), in *Epist. P. Nadal,* t. I, pag. LV, Codex 21.

Codex 7.

Sumario de la historia de la Provincia de Aragón.—Est opusculum, ab ipso Alvarez confectum, paginarum 1-51, in 4.° (0,22 × 0,16), filo assutum, crassiori charta coopertum, in qua leguntur: «† SOMMARIO DELL' HIST.A D' ARAGON | 1548 | Compendium Historiae Provinciae | Aragoniae.»

Opusculo praefigitur, extra paginarum numerum, epistola auctoris autographa, unico folio, non numerato, quae hanc praefert inscriptionem: «† | Para el P.e Sachino ó para el que tuviere | cargo de la Hist.a»—In hac epistola declarat ipse auctor quisnam ejus fuerit scopus: «En la historia de la Provincia yo no guardo puntualmente la forma de Annales, aunque pongo el año de cada cosa, y así fuera á V. R. de algún más trabajo acomodallo á su orden. Por esto y porque V. R. no le tenga de leer mucha escritura, he sacado un Extracto de las cosas más notables, que me pareció podían caber en la historia general, y estas puntualmente por el orden de los años; y esto que ahora embío, llega al año 1556... Va de letra tan metida y pequeña, porque lo embío con el correo, para que llegue presto y seguro.»

Huic epistolae Patris Alvarez, etiam extra paginarum seriem, altera Patris Polanci adjungitur, de qua idem Alvarez ait: «Embío á V. R. copia de un capítulo de una del P.e Polanco, que pienso gustará de vella.» Fragmentum hujus epistolae, quae missa ex urbe est ad P. Araoz, 1548, non reperitur in *Cartas de San Ignacio;* nam etiamsi in vol. II, pag. 94-98 hujusce operis, exhibeatur romana Polanci epistola ad Araoz ex *Historia* ms. Patris Alvarez deprompta, desideratur tamen pars illa, de qua hic agitur, quaeque Romam mitti ex valentina urbe (2 Novembris 1668) ab Alvarez dicitur.

Jam titulus, qui habetur pag. 1, est hujusmodi: «Summario de la historia de la Provincia de Aragón | de la Comp.a de Jhs. Para la historia General | sacado en forma de Annales.»

Incipit: «La Provincia de la Compañía de Jhs. en la corona de Aragón tuvo principio casi al mismo tiempo que la Compañía toda en el mundo. Porque | quatro años después que se fundó...»

Desinit: «En lo que ha respecto al exercicio de letras, los nuestros las aprendían en las escuelas de fuera, por no tener- | las en casa, exceptas las de Gandía, como ya se ha dicho.»

A diversis libellus hic descriptus est: aliqua ipse Alvarez exaravit, qui etiam quaedam addidit, emendavitque, et ad marginem paginarum summarium adjecit.

Pag. 11 in summitate paginae haec leguntur, manu Patris Alvarez scripta: «Por hauer este año de 50 salido de Gandía y de la Provincia el P.e Andrés de | Oviedo, ponemos en él lo que toca á su vida en Gandía, y por la priessa no se | reduce á la forma que lo demás.»

Tria heic capìta interseruntur, sc. 31, 32, 33, desumpta ex *Historia* ms. ejusdem P. Alvarez: paginas numeratas habent 173-182; qui tamen numeri linea transversa notantur.

Hoc codice usos fuisse nostros in urbe manifestum fit ex plurimis notationibus Sacchini et aliorum, quae appositae leguntur. Ex eo nos, praeter notitias aliquot, epistolam Patris Mirón ad Patrem Torres deprompsimus.

Caeterum de P. Alvarez, viro multae eruditionis, et digno quem hoc nomine absentem amaret Justus Lipsius, exstat elogium apud ALEGAMBE-SOTWEL, *Bibliotheca,* pag. 269. Illius *Historia de la Provincia de Aragón* ejusdemque *Summario* in pretio habentur.

Codex 8.

Patris ANTONIO, Francisci, *Historia de la Provincia de Toledo.*—Vol. in folio, compositum, membrana coopertum, cui titulus in dorso, atramento exaratus: «Histor | PROV | TOLET | 1546 | 1600.» Habet pag. 592, numeris continua serie distinctas, quibus antecedunt folia octo non numerata.

Folium 1.um purum est: in 2.° legitur titulus: «Historia Societatis Jesv | Provinciae Toletanae | ab anno | 1546. | ad | 1600.» Alia manu: «ab anno 1548 | ad 1600. | Scripta hispanice.—»

In fol. 3-7 continetur: «Catálogo della Hist.a Toletana.» Ad marginem vero exteriorem legitur: «16 9.bre 1607.»

Sequitur catalogus personarum, ordine alphabetico dispositus, additis numeris paginarum, in quibus sermo de ipsis est, italica manu scriptus.—Fol. 8 vacuum est.

Fol. 1, numeratum, sic incipit: «Jhs. Historia de la Compañía | de Jesus de la prov.ª de Toledo» Alia vero manus addidit: «Composta del P. Francesco Antonio.»

«Cap. 1. De la entrada de la Comp.ª en España y en Madrid.»

Explicit vero totum opus, fol. 592: «Como vemos se ha hecho en las historias de la orden de San Agustín, Sancto Domingo, San Fran.co y otras, etc.»

Totum opus est satis nitide, sed a pluribus, exaratum; nec distribuitur in libros, sed tantum in capita, quae 180 complectitur.

Caeterum de P. Francisco Antonio passim agunt scriptores Societatis, Alegambe, Sotwel, Sommervogel.

Codex 9.

Historia collegii complutensis.—Opus magnitudinis in fol., solide compactum, 2 vol. constans; quorum 1.um folia habet numerata 1-578 | , praeter indices (16 fol. non signata) et operis dedicationem (fol. 4 numerata), cui in dorso titulus: «HISTORIA | DEL COLEGIO | DE LA COMPAÑÍA | DE JESÚS | DE ALCALÁ | DE HENARES | TOM. 1. | DEL 1543 AL 1600.

2.um vol. habet folia 1-414, praeter indices (fol. 15 non numerata). In dorso titulus legitur: «HISTORIA | etc. | TOM. 2. | DEL 1600 AL 1634.

Opus in duas partes distribuitur: auctor primae est P. Christophorus de Castro; posterioris P. Alphonsus Esquerra: prior usque ad annum 1600, altera usque ad 1634 protenditur.

In secundo fol. prioris vol. titulus magnis characteribus exhibetur: «HISTORIA | DEL | COLLEGIO COMPLVT | DE LA COMPAÑÍA DE | IHS. | Compuesta por el P. CHRISTOVAL DE | CASTRO. Lector de Escritura | en el mismo Collegio. | Y en 13 libros Repartida.»

Alia manus scripsit: «tiene quinientas setenta, y ocho foxas sin los principios.»

Infra hunc titulum cernitur, calamo et atramento quidem, sed venuste depictum sacrosanctum Jesu nomen, et cor illius suavissimum radiis, flammas simulantibus, circumdatum. Ad calcem vero notatur locus et tempus: «COMPLVTI. | Anno M. DC.—

Historicae narrationi praefiguntur in 1.º vol. tabulae sive indices multiplices: «Sumario de los capítulos»... «Índice de los Padres y Hermanos...» ...«Superiores que eran de la Compañía... Generales... Provinciales... Visitadores... Rectores del Colegio de Alcalá.»... «Congregaciones generales... provinciales.» Interjectis vero duobus foliis, in quibus nihil est scriptum, quatuor folia succedunt, numeris signata, distinctis a reliqua foliorum historiae recensione. In quatuor illis foliis duplex nuncupatio operis legitur; altera latina. «D. IGNATIO LO | IOLAE | SOCIETATIS IESV INSTI | TVTORI... | ; altera vernacula, sive: «PRÓLOGO | A los Padres y Hermanos de el collegio de | la compañía de Jesús de | Alcalá.»

Opus vero sic incipit, fol. 1: «JHS. | Libro primero. | De la Historia del Collegio Complutense de la | Compañía de Jesús.»

«Cómo Dios proveyó de la Vniversidad | de Alcalá para la fundación del Col | legio de la Compañía. Cap. 1.º»

«El orden de su gran providencia que Christo nuestro Dios guardó...»

Desinit fol. 578v. «Han sido los reçebidos en este Collegio de Alcalá para la Compañía | desde que entró en la Vniuersidad el Hermano Fran.co de | Villanueua fundador deste Collegio el año de 1543 hasta este | de 1599 seteçientos y setenta, Diez y ocho | Doctores, vno dellos Abbad de Santi Juste | quarenta Maestros y treinta | y seis liçençiados y los | demás de menores | grados.»

In 1.º fol. numerato secundi vol. (nam primum fol. non numeratum vacuum est) legitur titulus, litteris consuetis in reliquo opere, exaratus: «Historia v. del Colleg.º de la Compañía de Jesús de Alcalá. | Segunda parte libro primero | Prólogo á los Padres y Hermanos | de el mismo Collegio.»

Alia vero manus, longum post tempus, ut videtur, scripsit: «En 414 foxas, sin las tablas.» Porro 2.a haec pars habet li-

bros v, ordine numeratos, quibus liber singularis extra numerum adjicitur, cui titulus: «La missión de los Padres Alonso de Andrada y Miguel de Monpean su compañero.»

Incipit in eadem 1.ª pagina: «Escriuió la primera parte desta historia el P.e Cristóbal de Castro de nuestra Compañía...»

Absolvitur vero, fol. 414 v: «Podremos decir y decimos con berdad lo segundo, *Servi inutilis sumus.*»

Sequuntur deinde 1 fol. purum et 15 fol. non numerata, in quibus tabulae et indices plures continentur, prout in 1.º vol. dictum est.

Atque hoc quidem transumptum, caeteris, quae vidimus, praestantius est, sive scriptionis nitor ac mundities spectentur, sive, quod caput est, operis integritas atque absolutio; nam duas continet historiae partes, in quas tota collegii complutensis narratio dispescitur.

Prioris partis, sc. Christophori de Castro, transumpta exemplaria sive integra, sive libros aliquot exhibentia, plurima exstant. Nobis usui fuit exemplar optimum, octo priores libros, usque ad annum 1557, continens, quod olim erat «de la librería del noviciado de la Compañía de Jesús de Madrid», quemadmodum in 1.º folio ejusdem vol. legitur.

Posteriores quinque libros partis primae (lib. IX-XIII) aliud exhibet exemplar, quod penes nos est, fuitque olim «De la cassa de probación de Villarejo de Fuentes.»

Verum auctoritate reliquis exemplaribus antecellit antiquissimum, quod spectavit quondam ad «Archiuo de la Compañía de Jhs. de Alcalá.» Etenim exemplar hoc, de quo dicitur in 1.º fol. voluminis: «Es original», videtur ab ipso auctore P. Castro castigatum et expolitum; unde non immerito judicabis ex illo alia descripta fuisse exemplaria per Hispaniam distributa. Continet octo priores libros; folia duplici et continua serie numerata sunt: alia paginarum 1-342, quibus aliquot folia pura annectuntur, alia quaternionum 1-25.—Hoc codice, cum opus fuit, usi sumus.

Codex 10.

P. RIVADENEIRA, Petri, *Historia Societatis Jesu in Hispania.* Hoc opus libros habet I-IX, distributos in 3 vol. in fol., solide compacta, quibus in dorso titulus recens: P. Rivadeneira | HISTORIA | DE LA ASISTENCIA | DE ESPAÑA | S. I. | 1 | 2 | 3.

Vol. I habet initio 2 fol. non signata, deinde fol. 1-240 continua serie numerata: sequuntur tandem indices, foliis non signatis.

Titulus operis, qui in 2.° fol. non signato hujus vol. litteris grandibus exhibetur, est hujusmodi: «Jhs | Historia | de la | Compañia de Jesus | de las Provincias de | España y parte de las del Pirú | Nueva España y Philipinas | Escrita por el P. Pedro de Riva | deneira de la misma Compañía | Tomo 1.° | Contiene los libros 1.°, 2.° y 3.°»

In 1.° folio numerato repetitur titulus, prout nuper exhibitus est, et adjicitur praeterea: «En la qual no pudo poner la última mano, por averle atajado la muerte á los 22 de Setiembre de 1611, siendo de edad de 84 años y 10 meses y 23 días, y de Compañía 71 y 4 días, en la villa de Madrid.»

Sequitur in eadem pagina prologus: «Al benigno y piadoso lector.» Cujus priora verba sunt: «Muy cierta es aquella sentencia del Espíritu santo...»

Folio autem 7.° opus exorditur in hunc modum: «Libro primero de la Historia destas | Provincias de España, del Perú, nueva España, | de Philippinas, y de Cerdeña, de la Comp.ª de | Jesús.»

«Cap.º primero. De los primeros de la Comp.ª de Jesús | que vinieron a España.»

«Haviendo Dios nuestro S.or embiado al mundo...»

Desinit vero fol. 240: «Pero dejemos por ahora al Colegio de Madrid, que después volveremos á él, y acabemos este tercero libro.»

Vol. II complectitur libros IV, V, VI; folia, praeter 2 priora non signata, 1-470, unica serie numerata: sequuntur indices et plurima folia pura.

Anteponitur narrationi titulus operis. In fol. vero 1 initium fit hujus voluminis: «Libro 4.º | De la Historia de las Provincias de | España de la Compañía de Jesús.»

«Capítulo 1.º | De la 2.ª venida del P. Nadal á | España enviado por Comisario Gene | ral del P. Diego Lainez.»

Incipit: «El segundo libro de la Historia comenzamos por la venida del P. Hieronimo Nadal...»

Desinit, fol. 467: «Había de crecer y dilatarse mucho y gozar de grandes prosperidades, que son frutos de las adversidades y trabajos, como en el libro siguiente se verá.»

Inter haec verba et indices hujus voluminis tria folia pura relicta sunt.

Vol. III, libros habet VII, VIII, IX; folia, praeter 2 priora non signata, 1-550 continenti numerorum serie distincta. Indices sequuntur et plurima folia vacua, paginis non numeratis.

Post titulum operis, qui initio vol. affigitur, liber inchoatur hoc modo, fol. 1: «Libro 7.º | de la | Historia de las Provincias de | España | de la Compañía de Jesús.»

Capítulo 1.º | De las persecuciones que padeció la Compañía» etc.

Et deinde. «Comenzemos este libro por los trabajos, que luego que se sentó en la silla de General el P. Claudio Aquaviva...»

Finis operi imponitur, fol. 550, his verbis: «El sea bendito y alabado por la que me ha dado para llegar hasta aquí.»

Multa a Rivadeneira mutuati sunt, qui post ipsum narrationem rerum Societatis Jesu sunt aggressi.

Codex 11.

P. VALDIVIA, Ludovici de, *Historia Provinciae Castellanae* S. J.—Vol. in fol., compactum, cui in dorso recens titulus: «P. VALDIVIA | COLEGIOS | DE CASTILLA.» In parte inferiori schedula affigitur: «C—g—15.»

Hoc vol. ex diversis fasciculis compositum est; quare papyrus magnitudo chartae, scriptorisque manus multiplices ac variae sunt. Cum autem liber componeretur, folia plurima vacua relicta sunt, numeris non signata: a folio vero 18 non numerato, incipit

continua foliorum series numeris distincta, quae folia habet 1-464: his addenda quae sequuntur, partim scripta partim pura, folia 53, non numerata.

Jam, volumen hoc, quod describimus, non tam historiam continuam et absolutam, quam partes aliquot et historiae adumbrationem continet.

Fol. 14 non numerato leguntur haec, quae in alia charta fuere typis impressa et deinde huic folio addita: «TOMO QUARTO. | *Que trata de los Colegios, Residencias y Seminarios que ay en esta Prouin* | *cia. De los principios, y ocasiones de sus Fundaciones, Que Padres fueron* | *los primeros, Que ministerios se exercitan en ellos, Que fruto han hecho* | *y hazen etc... Diuidese en [qu]atro libr[os]*».

Huic titulo, sive inscriptioni, nihil in toto volumine respondet.

Sequenti folio non numerato haec leguntur, librarii manu exarata: «Libro 4 Vidas de | algunos fundadores y be | nefactoris de estos puestos que | fu[er]on sanctos y dignos de | ∽ memoria ∽ fol. 479.» Sequebatur statim: «Vida de la señora doña | Magdalena de Ulloa funda | dora de 3 collegios y bene | factora de otros, folio» | Sed quatuor hi versus cancellati sunt.—Denique in eodem fol. haec continuata leguntur: «instroductión fol | 479 | Cap.º 1.º de la serenísima reyna | de España dona Margarita | de Austria, fundadora del collo [sic] | real de Salamanca fol. 479 p.ª 2.» Sed neque his capitibus quidquam in hoc vol. respondet.

Ad haec, sequenti folio non signato superposita est pars cujusdam folii, in quo haec leguntur typis excusa: «LIBRO XIII. *De los puestos que tiene esta Prouincia en el Reyno, que estri* | *ctamente se llama de Castilla, diuidese.* En 17. Capítulos.»

«EN LOS quatro primeros se trata de quatro Colegios, que son, El de San Ignacio de | Valladolid, que (con otra vocacion) tuvo principio el año de 1545...»

Huic folio, et libri XIII partitioni in capita 17, subjicitur, aliud folium epigraphe notatum. «IHS | Collegio de Sant Ignacio, que primero | se llamo Collegio de S. Antonio de Padua | y despues se hizo casa Professa y lo fue muchos | años con el mismo nom-

bre y título de Sant | Antonio y finalmente se convirtió despues | por justas causas en Collegio con nombre, y título nuebo de nuestro Biena | uenturado P.e S. Ignacio | fundador de nuestra | Compañía.»

Tandem aliquando in folio proxime sequenti, quod primum est ordinatae seriei (1-464) numeris distinctae, initium fit historicae narrationis:« | † | Cap.o 1.o Del Collegio de S. Ignacio de Valladolid.»

Incipit: Hemos considerado en el libro 1 á este pueblo de Valladolid...» Desinit, vero, fol. 461: «y buscar limosnas para auer este ornamento y embiárselo. |

¶ §. 29» [sic].

Sequuntur tria folia pura, numeris signata, 462-464. Et plurima alia, 53, non numerata; quorum primum sic incipit: «Historia del Collegio de la Comp.a de Jhs. de Bilbao he | cha el año de 1611. | Cap. I. Del fundador de este Col.o | Al Col.o de Bilbao fundó Domingo de Gorgolla...»

Postremum vero folium sic clauditur: «Villafranca y Julio 15 del 638 | Fran.co de Salinas.»

His dictis quaedam addenda sunt. Atque in primis quid sibi velint fragmenta illa, typis edita, quae foliis ms. supersposita esse diximus, ipse P. Valdivia satis indicat in fragmento, quod foliis 250-253 continetur. Postquam enim ediderat: «LIBRO XIIII. *De los Puestos que tiene esta Prouincia de Castill*[*a en los Rey*] | *nos de Leon, Galizia, y Principado de Asturias, Montaña de Burgos*. | En 8 Capitulos.»

«LIBRO XV. *De los puestos que tiene esta Prouincia en el Reyno de Nauarra, Señorío de Vizcaya, y Prouincia de Guipuzcoa.* En 8 capitulos.»

«LIBRO XVI. *Y vltimo, en que se ponen las vidas de los Fundadores de los Colegios referidos para perpetua memoria de sus beneficios. Todos fueron personas de vida exemplar.* En 17 capitulos.»

Postquam igitur haec dixerat, addidit grandioribus litteris: «El fin que ha mouido al Autor á sacar antes á luz esta Tabla, fué, para que, viéndola los Superiores y demas hijos desta Pro-

uincia, se animen todos a [av]isar de nueuo de algunas cosas particulares de las personas nombradas en ella, y de otras oluidadas, y de las faltas que por mayor notaren, para más perfeccion desta Historia, que pide trabajo de todos, y no de vno solo...»

De hac tabula, quae operis conspectum exhibet, mentionem facit SOMMERVOGEL, *Bibliothèque,* t. VIII, col. 381, inveniturque inter Ms. biblioth. publ. eborensis «Cod. $\frac{\text{CV}}{\text{2-16}}$ a fl. 90. 4 folhas fol...»

Consilium vero auctoris, quod ad calcem ejusdem tabulae aperitur, satis superque demonstrat historiam hanc non esse opus ad finem deductum, sed inchoatum et ex parte tantum perfectum. Ea quae ad vallisoletanum collegium spectant, valde castigata sunt; ita ut, propter frequentes emendationes et chartam atramento adesam, multa in prioribus foliis legi plane non possint. Procedente opere, vacua saepe spatia inter scribendum relicta sunt, ut novis deinde curis complerentur; quae tamen non sunt completa: ad extremum vero voluminis collecta quam plurima leguntur ex diversis provinciae collegiis Patri Valdivia commissa, quae ille, aut aliis occupationibus distentus aut morbo consumptus, in ordinem redigere et unum historiae bene coagmentatum corpus conficere nequivit. Ea potissimum sunt, quae in fol. 1-53 non numeratis leguntur. Quare haec in exemplari alio transumpto, quod habemus, 2 vol. constans in 8.°, quo commoditatis gratia uti solemus, descripta non sunt.

Porro hujusce exemplaris vol. 1 historiam complectitur sequentium collegiorum: «Valladolid, Salamanca, Burgos, Medina del Campo, Avila, Segovia, Villagarcía, Soria, Logroño, Arévalo.»—Alterum vero vol. historiam continet collegiorum «Villimar [sive Bellimar], León, Villafranca del Bierzo, Santiago, Monterrey, Oviedo, Monforte, Palencia, Pamplona, Santander, Vergara, Oñate, Bilbao, Tudela, San Sebastián.» Ex quo certe patet historiam hanc, licet ad unguem non perpolitam, et in pretio jure meritoque esse, et magni historico Societatis hispanicae esse faciendam; utpote quae uberrimam rerum segetem ad initia et progressus horum collegiorum recte illustranda suppeditat, quae frustra alibi conquirentur.

Codex 12.

Historia... del Colegio... de S. Pablo de Valencia. Volumen in fol. bene compactum, cui titulus extrinsecus in dorso recens, litteris aureis exaratus: «PROGRESSOS | DEL COLEGIO | DE SAN PABLO | DE VALENCIA.» In ima dorsi parte papyracea signatura legitur: «C-e-14.»

Folia hujus codicis prius numerata non erant: nuper, ut citari possint, appositi sunt numeri stilo lapideo, in ima foliorum parte: 259 habentur, serie continua. A folio tamen 80 in summitate chartae ordo numerorum, etiam stilo lapideo, cernitur, qui numeros continet 1-181: folium 6, quod sectum est, superne tantum numeratur.

Scriptis foliis duo folia pura praefiguntur: ad extremum autem quartae paginae manus recens atramento scripsit: «P.e Juan Ruiz.» An voluerit hoc nomine indicare auctorem hujus historiae, qui nobis incertus est, affirmare non possumus.

In fol. 1 inscriptio legitur: «HISTORIA | de la | Fundación y progressos | del Colegio de la Compañía | DE JESUS | de | San PABLO de | *Valencia* | escrita año 1712.»

In versu primo, qui nomen continet HISTORIA, charta atramento nonnihil consumpta est.

Fol. 2.um incipit: «Intro[du]cción | Costumbre ha sido siempre en todas las Repúblicas...» Pars superior hujus folii attrita est, tum atramento tum incuria compositoris libri, qui non scite hoc folium caeteris aptavit; quo factum est ut verba quaedam sequentis paginae legi non possint.

Desinit vero codex, fol. 258 v.: «y contiguas, en Espioca, no ha caydo una piedra.»

Hoc folium tria alia pura, quorum duo non numerata, consequuntur.

Liber una eademque manu exaratus est: fortasse ab ipso auctore, nam eadem figura litterarum, quae in toto codice cernitur, quamplurimae additiones emendationesque factae conspiciuntur. Consulto enim ad hoc relictum fuerat ad exteriorem foliorum partem amplissimum spatium.

Caeterum ipse auctor in proemio queritur de paucitate monumentorum, quae ad contexendam historiam reperit: «Se fundó este Colegio el año 1544, y aviendo passado más de ciento y sesenta años, se encuentra gran esterilidad de noticias en algunos apocados papelitos, sin continuación, ni distinción de años ni sucesos; que es cosa digna de sentimiento.» Et re quidem vera, historia haec in magno pretio non habetur. Ideo raro a nobis laudatur.

Divisit autem suum opus auctor quasi in duas partes, licet distributionem hanc, re inductam, verbis non designet: alteram a collegii primordiis usque ad annum 1700; alteram ab hoc anno ad 1714. Prior capita complectitur 1-47: posterior 1-29. Terminatur utraque fol. 206.—Ab anno vero 1714 ad 1731 puncta quaedam ad historiam collecta sunt, a diversis conscripta, distincta inter se non capitibus, ut supra, sed annis. Ad extremum denique rejiciuntur notationes historicae hinc inde a diversis fontibus derivatae, et catalogi praepositorum provincialium, rectorum collegii, magistrorum theologiae aliorumque hominum et rerum notabilium.

II

AUCTORES ET LIBRI

QUORUM TESTIMONIA IN HOC VOLUMINE PROFERUNTUR

AGUILERA, P. Emmanuel, S. J. *Provinciae Siculae Societatis Jesu Ortus et res gestae* ab Anno 1546 ad Annum 1611... Pars prima. Panormi, M.DCC.XXXVII.

ALARCÓN, Miguel Antonio. *Biografía compendiada de la Excma. Sra. Doña Teresa Enríquez, llamada* «LA LOCA DEL SACRAMENTO.» Trabajo presentado al primer Congreso Encarístico nacional, celebrado en Valencia en Noviembre de 1893.—Valencia, 1895.

ALCÁZAR, P. Bartholomé, S. J. *Chrono-Historia de la Compañía de Jesús, en la Provincia de Toledo...*—Tom. I-II. Madrid, 1710.

ALTAMURA, R. P. Ambrosius, O. P. *Bibliotheca Dominicana,* ab Ordinis constitutione usque ad annum 1600. Romae, M.DC.LXXVII.

ANDRADA, Francesco d'. *Chronica do muyto alto e muyto poderoso Rey... Dom João o* III *deste nome.* Tom. I-IV. Coimbra, MDCCLXXXXVI.

ANTONIO, Nicolaus. *Bibliotheca hispana nova,* sive Hispanorum scriptorum, qui ab anno MD. ad MDCLXXXIV floruere, notitia. Tom. I-II. Matriti, MDCCLXXXIII-MDCCLXXXVIII.

BARTOLI, P. Daniello, S. J. *Degli uomini e de' fatti della Compagnia di Gesù.*—Memorie istoriche. Inter ejus opera, vol. XXXV. Torino, 1847.

BELLARMINUS, Robertus, S. R. E. Cardinalis, S. J. *De scriptoribus ecclesiasticis.* Romae, 1613.

BLUTEAU, Padre D. Raphael, Clerigo regular. *Vocabulario portuguez e latino,* tom. I-VII; *Supplemento,* tom. I-II. Coimbra-Lisboa, MDCCXII-MDCCXXVIII.

BORGIA, Stus. Franciscus, quartus Gandiae Dux et Societatis Jesu praepositus generalis tertius. Tom. I. Matriti, 1894.

BRAUNSBERGER, P. Otto, S. J. *Beati Petri Canisii Societatis Jesu epistulae et acta.* Vol. I. Friburgi Brisgoviae, MDCCCXCVI.

[BUEUS, P. Jacobus, S. J.] *Acta Sanctorum,* Octobris t. V.—Parisiis-Romae, 1868.

BURGOS, D. A. de. *Blasón de España...* Reseña genealógica y descriptiva de la Casa Real, la Grandeza de España y los Títulos de Castilla. Tom. I-VII. Madrid, 1853-1862.

CHAVÁS, D. Roque. *Historia de la ciudad de Denia.* Tom. I-II. Denia, 1874.

CHIUSOLE, Antonio. *La Genealogia delle case piu illustri di tutto il mondo.* In Venezia, MDCCXLIII.

CIACONIUS, R. P. M. Alfonsus, Biacensis, O. P. *Vitae et gesta Summorum Pontificum.* Romae, MDCI.

CIENFUEGOS [1], Alvaro, S. J., Cardenal... Arzobispo de Monreal. *La he-*

[1] In titulo operis legitur CIEN-FUEGOS.

royca vida, virtudes y milagros del Grande S. Francisco de Borja. Tercera impresión. Bilbao, 1726.

CRUSELLAS, R. P. D. Franc. de Paula, O. S. Bened. *Nueva historia del santuario y monasterio de Nuestra Señora de Montserrat.* Barcelona, 1896.

[DELPLACE, P. Ludovicus, S. J.] *L' établissement de la Compagnie de Jésus dans les Pays-Bas*... Extrait de la Revue *Précis historiques.* Bruxelles, 1886.

Diccionario de la lengua castellana compuesto por la Real Academia Española. Tercera edición. Madrid, MDCCLXXXI.

[ESCOLANO-PERALES.] *Décadas de la Historia... de la Ciudad y Reino de Valencia* por el Licenciado Gaspar Escolano... continuada hasta nuestros días por D. Juan Bta. Perales.—Tom. I-III. Valencia, 1878-1880.

FABRO, Bto. P. Pedro, de la Compañía de Jesús, primer compañero de San Ignacio de Loyola. *Cartas y otros escritos.* Tom. I. Bilbao, 1894.

FELIU DE LA PEÑA Y FARELL, D. Narciso. *Anales de Cataluña.* Tom. I-III. Barcelona, 1709.

FERNÁNDEZ PÉREZ, Gregorio. *Historia de la iglesia y obispos de Pamplona.* 3 vol. Madrid, 1820.

[FERRARIUS-BAUDRAND.] *Lexicon geographicum,* in qvo vniversi orbis vrbes... recensentur. Illud primum in lucem edidit... Philippvs Ferrarivs Alexandrinvs, Servorum D. Mariae Virginis totius Coetus supremus Praesul... nunc Michael Antonivs Bavdrand Parisinus, Prior Commendatarius de Roboribus, de Novo-Mercato... hanc editionem emendavit, illustravit et dimidia parte auctiorem fecit. Accessit Mantissa Correctionum Dominici Magri, Melit., Theologi Cathedralis Viterb... S. C. Indicis Consultoris... Patavii, MDCLXXV.

FITA, P. Fidel, S. J. In ephemeride: *Boletín de la Real Academia de la Historia.* Tom. XXII. Madrid, 1883.

FLÓREZ, R. P. Maestro Fr. Henrique, O. S. A. *España Sagrada.* Tom. XXVII. Madrid, MDCCLXXII.

FRANCO, P. Antonius, S. J., *Synopsis Annalium Societatis Jesu in Lusitania.* Ab Anno 1540. usque ad Annum 1725. I vol. Augustae-Vindelicorum et Graecii, M.DCC.XXVI.

FUENTE, Don Vicente de la. *Historia de las Universidades, Colegios y demás establecimientos de enseñanza en España.* Tom. I-IV. Madrid, 1884-1889.

GAMERO, Antonio Martín. *Historia de la ciudad de Toledo,* sus claros varones y monumentos. Toledo, 1862.

GAMS, R. P. D. Pius Bonifacius, O. S. B. *Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae.* Ratisbonae, 1873.

GAUDEAU, P. Bernardus, S. J. *De Petri Joannis Perpiniani vita et operibus.* Parisiis, 1891.

GONZÁLEZ DÁVILA, Gil. *Teatro eclesiástico de las iglesias metropolitanas y catedrales de las dos Castillas.* Tom. I-IV. Madrid, MDCXLV-MDCL.

GRANADA, V. P. Fray Luis de, O. P. *Vida del V. Maestro Juan de Avila,* inter opera cl. illius viri t. VI.—Madrid, MDCCLXXXVIII, por D. Pedro Marín.

HANSEN, Joseph. *Rheinische akten zur Geschichte des Jesuitenordens* 1542-1582. Bonn, Hermann Behrendt, 1896.

HENAO, P. Gabriel, S. J. *Complementos á la obra de Averiguaciones Cantábricas é Ignacianas*. Complemento segundo. Libro de la genealogía de San Ignacio de Loyola. Tom. VI-VII. Tolosa, 1895.

IGNACIO DE LOYOLA, San, Fundador de la Compañía de Jesus. *Cartas*. Tom. I-VI. Madrid, MDCCCLXXIV-MDCCCLXXXIX.

JOANNE, Adolphe. *Dictionnaire géographique, administratif, postal, etc. de la France*. Deuxième édition. París, 1869.

Litterae Quadrimestres ex universis, praeter Indiam et Brasiliam, locis, in quibus aliqui de Societate Jesu versabantur, Romam missae. Tom. I-IV. Matriti, 1894-1897.

[LLAGUNO-CEÁN BERMÚDEZ]. *Noticias de los arquitectos y arquitectura de España* desde su restauración, por el Excmo. Señor D. Eugenio Llaguno y Amirola, ilustradas y acrecentadas con notas, adiciones y documentos por D. Juan Agustín Ceán-Bermúdez, Censor de la Real Academia de la Historia... Tom. I-IV.—De orden de S. M.—Madrid, en la imprenta real, año 1829.

MADOZ, D. Pascual. *Diccionario geográfico-estadístico-histórico de España y sus posesiones de Ultramar*. Tom. I-XVI. Madrid, 1848-1850.

R. P. MICHAEL A STO. JOSEPH, O. SS. T. *Bibliographia critica sacra et profana*. 4 vol. Matriti, MDCCXL-MDCCXLII.

Monumenta historica Societatis Jesu. Videantur suis locis POLANCO; *Litterae Quadrimestres;* BORGIA, Stus. Franciscus; NADAL, Hieronymi *Epistolae*.

[MORERI-MIRAVEL]. *El gran Diccionario histórico* de Luis Moreri, traducido con amplísimas adiciones... por D. José de Miravel. Tom. I-VIII. París, MDCCLIII.

MORET, P. José de, S. J. *Anales del Reino de Navarra*. Tom. I-XII. Tolosa, 1890-1892.

MORONI, Gaetano.—*Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica* da S. Pietro sino ai nostri giorni. Vol. I-CIII; Indices, vol. I-VI.—In Venezia, tipografia Emiliana, 1840-1879.

NADAL, P. Hieronymi, S. J. *Epistolae ab anno 1546 ad 1577*. Tom. I. Matriti, 1898.

NIEREMBERG, P. Juan Eusebio, S. J. *Vida del Santo Padre y gran Siervo de Dios el B. Francisco de Borja* [1]... Madrid, 1644.

NUÑEZ DE CASTRO, D. Alonso. *Historia eclesiástica y seglar de la muy noble y muy leal ciudad de Guadalaxara*. Madrid, 1653.

ORLANDINI, P. Nicolaus, S. J. *Historiae Societatis Jesv*, pars prima, sive Ignatius. Antuerpiae, M.DCXX.

PANZANO IBÁÑEZ DE AOYZ, D. José Lupercio. *Anales de Aragón* desde el año 1540 hasta el año 1558. Zaragoza, 1705.

---

[1] In edit. barcinonensi, facta 1882, titulus est hujusmodi: «*Hechos políticos y religiosos del que fué Duque quarto de Gandía, Virey de Cataluña y después tercero general de la Compañía de Jesús, Bto. Francisco de Borja.*»

PÉREZ, P. Rafael, S. J. *La Santa Casa de Loyola.* Estudio histórico ilustrado. Bilbao, 1891.

POLANCO, P. Joannes Alphonsus de, S. J. *Vita Ignatii Loiolae et rerum Societatis Jesu historia. Chronicon Societatis Jesu.* Tom. I-VI. Matriti, 1894-1898.

REIFFENBERG, Fridericus, S. J. *Historia Societatis Jesu ad Rhenum inferiorem.* Tom. I. Coloniae Agrippinae, M.DCCLXIV.

RICCOBONI, Antonii. *De gymnasio patavino commentariorum libri VI,* in opere: *Thesaurus antiquitatum et historiarum Italiae,* digeri olim coeptus cura et studio Joannis Georgii Graevii. Tomi sexti pars quarta. Lugduni Batavorum, MDCCXXII.

RIVADENEIRA, P. Pedro de, S. J. *Vida del Bienaventurado Padre Ignacio de Loyola,* Fundador de la Compañía de IESVS. Inter *Obras del P. Pedro de Ribadeneyra.* Madrid, M.DCV.

SACCHINI, P. Franciscus, S. J. *Historiae Societatis Jesv,* pars secvnda, sive *Lainivs.* Antverpiae, M.DC.XX.; pars tertia sive *Borgia.* Romae, M.DC.IL.

SANDOVAL, R. P. Fray Prudencio de, O. S. Bened. *Chronica del inclito Emperador de España, Don Alonso VII y descendencia de la casa de Sandoval, Osorio, Acuña,* etc. Madrid, 1600.

SEPULVEDAE Joannis Genesii, Cordubensis, *Opera,* accurante Regia Historiae Academia. Matriti, M.DCC.LXXX. Duo priora volumina continent libros XXX: *De rebus gestis Caroli V. Imperatoris et Regis Hispaniae.*

SERRANO ET SANZ, Emmanuel. In ephemeride: *Boletín de la Real Academia de la Historia.* Tom. XXXIV. Madrid, 1899.

SOARES DE AZEBEDO, Augusto. *Portugal antigo e moderno,* Tom. I-XI. Lisboa, 1873-1886.

SOMMERVOGEL, Carlos, S. J. *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus.* Nouvelle édition. Bibliographie. Tom. I-VIII. Bruxelles-Paris, MDCCCXC-MDCCCXCVIII.

SOUSA, Antonio Caetano de. *Historia genealogica da Casa Real Portugueza.* Tom. I-XII; *Provas* Tom. I-VI. *Indices,* tom. I. Lisboa, M.DCC.XXXV-M.DCC.XLIX.

SOUSA, Fr. Luiz de. *Annaes de El rey dom João terceiro.* Lisboa, 1844.

TARÍN Y JUANEDA, Francisco. *La Real Cartuja de Miraflores,* su historia y descripción. Burgos, 1897.

TELLEZ, P. M. Balthazar [1], S. J. *Chronica da Companhia de Iesv na Provincia de Portugal.* Primeira parte, Lisboa. M.DC.XXXXV; Segvnda parte, M.DC.XLVII.

[TOMMASEO-BELLINI]. *Dizionario della lingua italiana* nuovamente compilato dai signori Nicolò Tommaseo e cav. professore Bernardo Bellini. Tom. I-IV. Torino-Napoli, 1861-1872.

TORRE, Ignacio, S. J. *Vida del Siervo de Dios, Padre Diego Laínez,* ter-

---

[1] Sic auctoris nomen in prima operis parte: in secunda vero parte inscribitur P. M. BALTHEZAR TELLES: in opere tandem, quod idem auctor edidit, «*Historia geral de Ethiopia*», BALTHEZAR TELLEZ.

cero de los primeros compañeros de San Ignacio de Loyola. Tom. I. Barcelona, 1897.

TOURON, R. P. A., O. S. D. *Histoire des hommes illustres de l' Ordre de Saint Dominique*. Tom. I-VI. A Paris, M.DCC.XLIII—M.DCC.XLIX.

UGHELLUS, R. D. Ferdinandus, O. Cisterc. *Italia sacra,* sive de Episcopis Italiae. edit. 2.ª Tom. I-X. Venetiis, MDCCXVII—MDCCXXII.

VILLANUEVA, P. Jaime. *Viaje literario á las iglesias de España*. Tom. I-XXII.—Tom. I-V edidit frater auctoris Joachim Laur. Villanueva. Madrid, imprenta real, 1803-1806.—Tom. VI-X edidit ipse auctor. Valencia, imprenta de Oliveres, 1821.—Tom. XI-XXII edidit Academia Historiae. Madrid, imprenta de la Real Academia de la Historia, 1850-1852.

VILLAR Y MACÍAS, M. *Historia de Salamanca*. Tom. I-III. Salamanca, 1887.

VINCENTIO DE VIDANIA, D. Diego. [*Genealogía de la casa de Benavides*]. Nápoles, M.DC.XCVI.

XIMENO, Vicente, Pbro. *Escritores del reyno de Valencia*. Tom. I-II. Valencia, M.DCC.XLVII—M.DCC.XLIX.

III

EPISTOLARUM AUCTORES

Numeri paginas indicant.

IV

NOMINA LOCORUM

UNDE EPISTOLAE MISSAE SUNT

Numeri paginas indicant.

V

INDEX

PERSONARUM MAXIME ET LOCORUM

Numeri paginas indicant.—Scriptores in notationibus laudati, praetermittuntur.

A

D

H

K

L

M

N

O

P

T

U

V

W

X

Z

VI

INDEX GENERALIS HUJUS VOLUMINIS


1550

CORRIGENDA

Pag. 13,	*lin. 25,*	*legitur*	Ludovici	*legatur*	Laurentii.
» *16,*	» *11,*	»	Hic	»	hunc.
» *20,*	» *26,*	»	Petri Domenech 1 Sept.	*deleatur* [1].	
» *491,*	» *1,*	»	461	*legatur*	491.
» *495,*	» *32,*	»	Germana	»	Germanae.
» *561,*	» *5,*	»	18 Julii	»	28 Julii.
» *729,*	» *10,*	»	18 Junii	»	19 Junii.
» *791,*	» *33,*	»	Theodosius	»	Fulgentius.
» *792,*	» *1,*	»	729	»	792.

[1] *Haec epistola, licet prima fonte videatur annum 1552 praeferre, revera ad annum 1553 spectat. Illam tertio sequenti reservamus.*

A. M. D. G.


BOSTON COLLEGE
3 9031 01138588 7



